

primit casum in quo aliquibus designatis, alii tangunt. Et ubi nulli designati fuerint, standum est juris antiqui dispositione, c. fin. de cognat. spir. in 6. ubi decidebatur, omnes tangentes contrahere. Et ita solum Navar. summ. Latin. tangentes contrahere. Et ita solum Navar. summ. Latin. tangentes contrahere. Et ita solum Navar. summ. Latin. tangentes contrahere.

12. Quamvis autem existimem prædictam sententiam esse valde probabilem: at probabilis credo neminem tunc contrahere hanc cognationem. Quod Tridentinum, ne cognationis hujus impedimentum multiplicaretur, & ut certi essent illud contrahentes: tanquam conditionem, ut veri essent patris, suscipientes baptizatum, petit eos designari ab iis, quibus incumbit. Ergo deficiente designationis conditione non sunt veri patris; ac subinde nec hujus cognationis participes. Et confirmatur, quia alias non vitaretur cognationis multiplicatio, & susceptorum incertitudo, quæ Tridentinum vitare voluit: atque proinde illius decreti mens frustraretur. 2. quia Trid. eodem c. 2. sine, sic concludit: Omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentum omnino sublatum. Cum ergo personæ ibi contentæ hujus cognationis participes nominentur patris designati ad id manus obediunt: omnes personæ, quæ designatæ non sunt, minime erunt capaces illius. Et confirmatur, quia mens Tridentini fuit, ut ex prolixo ejus cap. 2. constat, ut omnino coarctare jus antiquum de hac cognatione contrahenda loquens, ut tantum extendatur ad personas in eo decreto contentas: & ita concludit omnino astricti inter alias, præter ibi numeratas. At patris non absolute ibi numerantur, sed cum ea qualitate, ut designati sint. Nemine ergo designato, a nullo contrahetur ea cognatio. 3. quia decretum irritans semper inducit novam actus formam, ut ex aliis præter Felin. c. cum dilectus, n. 6. in 5. signo, de refer. Et eodem n. 6. ampliat. 1. regule, probat cum aliis, non solum si fiat aliquid contra formam substantialem, sed etiam si fiat præter esse irritum. Cum ergo decretum Tridentini irritet cognationem inter patris non designatos, patet designationem, tanquam formam, qua non servata corrumpit cognationem, tanquam formam, qua non servata corrumpit cognationem, tanquam formam, qua non servata corrumpit cognationem.

13. Circa 2. difficultatem, quando plures duobus patris designantur: aut duo viri, duæve femine contra præscriptum Trid. sess. 24. de matrim. cap. 2. Aliqui censent omnes illos, si a Parocho admittantur, contrahere hanc cognationem. Quia Tridentinum prohibens plurius admissionem, aut duorum eisdem sexus, non irritat factum aduersus id decretum. Sicut c. fin. de cognat. spir. in 6. c. Non plures, de consensu d. 4. similiter prohibetur plurius admittio: & tamen eodem cap. fin. decisum erat non irritari contrarium factum: sed omnes cognationem hanc contrahere. Et confir. quippe Trid. eodem c. 2. id statuit, eisdem sacros canones confirmavit, addens posse unum, & unam in patronos assumi, ibi: Ut unus tantum frater viri sine mulier, iuxta sacrorum canonum instituta. Ergo eodem modo intelligendam est, quod illi. At illi non irritantur plurius admissionem, sed solum interdicant. 2. quia in omnibus designatis, & admittis a parocho inveniuntur omnes conditiones petitæ in Tridentino ad hanc cognationem. Cum re vera designati sint ab iis, quibus incumbit, admittique a Parocho. Ergo licet cum peccato admittantur, contrahent. 3. quia communis Doctorum sent. l. Non dubium, C. de legib. cum Bartol. l. Propter ait, n. 3. ff. de novi operis nunciat. tradit a sum gestum contra legem esse firmum, ubi lex non addicit de-

tum irritans, penamque erga transgressores indicit. Quod in hoc Tridentini decreto reperitur: jubet enim Parocho, ne plures, quam duos admittat, nec addit decretum irritans: ac jubet eum plures admittentem puniri arbitrio Ordinaris. Tandem quia post prohibitionem admissionis plurius, quam duorum patronorum diversi sexus, ubi Concilium addidit clausulam irritantem, facile id posset exprimere, dum dixit, Quod si alii ultra designatos, addens ultra duos designatos. Cum ergo id non expresserit, signum est noluisse irritare. Et ita docent Navar. summ. Latin. c. 22. n. 39. & l. a. consil. tit. de cognat. spir. in 1. edit. consil. n. 2. in 2. vero consil. n. 2. Emu. Sa summ. v. Matrimonium, ubi de impedim. dimittentibus, n. 5. v. Cognat. Spirit. Manual. l. 1. sum. 2. edit. c. 226. n. 1. not. 4. Vega tom. summ. c. 33. cas. 39.

Sed Suar. 3. p. qu. 67. art. 8. col. 2. §. Sed quæres, duo dicit. 1. est, si non sint omnes suscipiant illum puerum, ille solus contraheret hanc cognationem, qui primobaptizatum susceperit, vel ad summum duo, si fuerint vir & femina. Nam re vera illi tantum sunt susceperit: & quando jam accedit tertius, ministerium illud jam exhibitur esse, iuxta Tridentini formam. Quamobrem reliqui jam non sunt capaces illius ministerii: ac proinde non contrahent cognationem. Quod idem docet Palacios d. 4. d. 2. disp. can. 26. vers. Et quidem fol. 97. & valde mihi placet: nec credo esse contra sent. n. præced. relatum. 2. dicit Suar. ibid. si illi plures designati simul suscipiant, probable esse, nullum eorum contrahere. Quia nullus eorum manus illud obit eo modo, quo ab Ecclesia statutum est, ac proinde nullus est verus, ac legitimus susceptor. Tridentinum enim hoc restrictum ad illum, qui fuerit vel totalis susceptor, vel ita partialis, ut illum habeat alium socium diversi sexus. Et in hanc partem magis inclinat: quamvis dicat aliis probable videri posse omnes contrahere: & ideo quia res est dubia abstinentio esse a matris. At hoc non ita mihi placet, sed multo verius esse reputo, omnes illos contrahere eam cognationem. Quod sustinet DD. num. præced. relati: & ibi late probavi. Et sustinet Palacios proxime allegat. Nec obstat id munus obiri ab illis eo modo, quo Tridentinum præcepit. Quia non statuit eum modum tanquam formam, & conditionem requisitam ad contrahendam cognationem, ut probavi n. præced.

Quod si plures illi susceperit non admitti fuerit a Parocho, aut si sint eisdem sexus, sed unum, & unam admittat, alios repellens, iuxta præceptum Tridentini, illi soli contrahent, quos Parocho non repulserit. Et ita DD. nu. 13. alleg. caute dixerunt plures illos a parentibus designatos contrahere, si admitti sint a Parocho. Et ratio est. Quia eo ipso quod Parocho Tridentini præceptum exequens, expellit alios, præter duos diversi sexus censentur illi expulsi, perinde si designati non essent. Cum Parocho incumbat indagare, qui patris designati sint, & ita eos admittere, ut serventur numerus patronorum, & diversitas sexuum, præcepta in Tridentino.

Circa tertiam difficultatem, quando parentes designantur 16 five duos, five plures patris, at Parocho non præmittit diligentiam requisitam in Tridentino, inquirendo qui designati essent, ut legitimum admittent, alios expellens: credo omnes a parentibus designatos contrahere, retenta sent. quam n. 14. tenuimus. Quia in illis reperitur conditio necessaria in patris, cum veri designati sint ab iis quibus incumbit designare: nec expulsi sunt a Parocho, qui numerum debitum excedebat ut sic censetur designatio ablata. Nec ut admittantur a Parocho imponitur in Triden. d. c. 2. tanquam forma, & conditio necessaria, ut illi contrahant: sed præceptum illud inquirendi, qui sint designati, imponitur Parocho, ut norit qui designati sint, eorumque nomina in libro scribat. Quod vel inde constat. Quia in clausula irritanti solum dicitur sic: Quod si alii ultra designatos baptizatum tetigerint. Nec dicitur ultra designatos, & a Parocho admittos. Sed si plures designati a parentibus tangerent, illi non contraherent. Nam designati non sunt.

Circa 4. difficultatem quando parentes duos designantur, ac 17 Parocho plures admittit: & omnes infantem simul susceperit, existimo solos a parentibus designatos contrahere. Quod munus Parocho non sit alios patris designare, quando parentes, vel ii, quibus incumbit, designantur: sed solum indagare qui nam designati sint. Quare iis, qui ultra designatos a parentibus inique a Parocho admittuntur, deficit designationis conditio necessaria ad hanc cognationem. Sed si designati a parentibus non tetigerit infantem, sed soli quos Parocho nominavit: idem dicendum est, quod dicitur n. 20.

Circa 5. difficultatem, quando neutrum ex designatis, ac 18 unum solum Parocho admittit, & ambo susceperit, credo utrumque contrahere, quando Parocho non habuit legitimum expellendi causam. Qualis esset, aut essent religiosi, aut hæretici, quibus esse patris interdum est, quia veri & legitimi designati sunt: & admittio Parocho non est de essentia (ut probavi n. 16.) At si Parocho utrumque aut alterum legitime expulisset, ac contra ejus voluntatem se ingereret, potum eum non contrahatur. Per ea, quæ n. 15. fin. dixi.

Circa 6. difficultatem quando parentes, aut iis, quibus incumbit neminem designantur, at Parocho duos aut plures designa-

gnavit: credo hos contrahere. Quia cum parocho incumbat cavere, ut Baptismus legitime iuxta caeremonias ab Ecclesia institutas ministretur, quam una est adhibere patris: eo ipso quod nullus est designatus, ipsi incumbit designare patris: ac proinde in designatis per ipsum verificatur conditio assignationis petitæ a Tridentino. Atque ita videmus ubi receptam in Confirmatione, dum enim Episcopus multos pueros confirmat, non solent parentes designare patris: sed Episcopi designant aliquid, qui id munus erga omnes confirmandos obeat.

20. Circa ultimam difficultatem, quando nullus ex designatis in patris puerum susceperit, sed quidam non designatus, possit alicui videri hunc contrahere, quia cum nullus ex designatis id munus exerceat sit, puerum suscipiendo perinde est, ac si nullus fuisset designatus. In quo eventu valde probabilis opinio n. 11. relata affirmat omnes tangentes contrahere. 2. quia dum Tridentinum statuit neminem præter designatos contrahere cognationem, vere intelligitur quando designatio suam effectum sortita est. Nolut enim Baptismus sollemnem carere patris, quando designatio inefficax fuit. Et confirmatur ex illis verbis: Quod si alii ultra designatos tetigerint. Ubi clare Tridentinum loquitur, quando designati tetigerint. Præpositio enim, Ultra, ex vi hæc significationis denotat personas, quibus ipsa præponitur, exercere etiam actum per verbum denotatum. Quod clare tenet Enrig. l. 12. de matr. c. 11. n. 3. ubi ait, unum solum tenentem infantem, de matris. c. 11. n. 3. ubi ait parentibus designatus, sed ipsi invitit id munus obeat, effici verum patris, ac contrahere hanc cognationem. At quamvis hoc valde probabile sit, probabilis tamen existimo, illum non effici verum patris, ac contrahere cognationem. Quod et deficiat qualitas assignationis, quam n. 12. diximus esse necessariam. Et licet verba illius decreti Tridentini videantur supponere designatos tetigisse, ponderata significatione illius particularæ, Ultra, at revera id non supponant, sed petunt designationem; tanquam conditionem necessariam: & sensus illius præpositionis, Ultra, est, id est præter, ut sit sensus, nulli tangentes contrahant, nisi a parentibus assignentur.

21. Tandem dubitabit, an plures patris designati, qui ante Tridentinum contraxerant cognationem, eo quod puerum susceperant in Baptismo vel confirmatione, modo maneat eadem cognatione devincti? Petr. de Le des. de matrim. qu. 56. art. 5. Mihi videtur quod in isto casu, affirmant in illis manere eandem cognationem, quia quamvis S. Pius V. (ut diximus disp. 54. nu. 14.) restrictam esse declaravit per Tridentinum, etiam cognationem ante illud contractam, ut in posterum abolita sit in illis personis, quæ non numerantur in Trid. sess. 24. de matrim. c. 2. ut illam contrahant. At per se patris patronorum, quales vere fuerunt omnes illæ tangentes plures designatis, ibi numerantur. Sed verus est, adhuc non perseverare in illis dictam cognationem, sed per Tridentinum abolitam, atque adeo posse illos abique dispensatione matrimonio copulari. Quia Tridentinum non numerat qualemque tangentes, ut nunc contrahant, sed cum ea qualitate ut ab iis, quibus incumbit, designati sint. Atque ita sententiæ Barb. de matrim. dub. 46. pag. 1497. Manual. l. 1. tom. sum. 2. edit. c. 226. n. 1. notab. 3.

DISPUTATIO LVIII.

An ad contrahendam cognationem spirituales exigatur aliqua intentio in patris ultra externam baptizati vel confirmati susceptionem?

SUMMARIUM.

- Quotuplex possit esse patronorum intentio, num. 1. An desideretur aliqua intentio? Referretur duplex sententia, num. 2. & 3. Auctoris sententia explicatur, 4. Qui solum materialiter tenet puerum, non tanquam patris, non contrahit cognationem, 5. Quid, quando errore ductus patris levat filium cuiusdam, putans se alterius filium levare, an contrahat cognationem? Referretur quedam opinio, 6. Proponitur sententia Auctoris, 7. An credatur juramento patris testantis defectum intentionis, num. 8. Satisfit argumentis, 9.

Duplex potest in patris desiderari intentio. Altera contrahende paternitatis spiritualis. Altera autem suscipiendi infantem, exercendo caeremoniam ab Ecclesia institutam: hoc est, efficiendi quod Ecclesia instituit efficiunt patris. Dubium ergo est, ultra harum intentionum desideretur?

2. Aliqui censent, ultra susceptionem, exigent intentionem contrahende paternitatis spiritualis. Probant ex leg. 2. leg. In omnibus negot. 56. ff. de actio. & obligat. ex quibus constat ex consensu oriri obligationem, & abque illo nullam contrahi. 2. quia volens voveri, non tamen obligari, non astringitur juxta veriorum sententiam, voti obligatione. Ergo similiter volens suscipere puerum in baptismo, nolens tamen astringi vinculo paternitatis, non alstringetur. 3. quia expressis verbis, & quocumque actu exercito abque vero animo

inveniendi matris. illud minime initer, c. Tua nos, de sponsal. 4. quia procurator tenens nomine alterius in baptismo, non contrahit cognationem spirituales, defectu intentionis: juxta veriorum sententiam, quam disp. sequenti amplectemur: cum tamen vere tenere intendat. Non ergo hæc intentio sufficit, deficiente intentione paternitatis contrahendæ. Ita tenent Dominicus, consil. 130. num. unico, & consil. 110. nu. 5. & 6. Philippus Probus addit. ad Monachum, cap. unico, de spons. impub. in 6. & ibi Francus in princ. nu. 2. dicit forte hoc esse verum.

Alii vero nullam in patris intentionem postulant, sed dicant in illis oriri hanc cognationem, si infantem suscipiant, velint, nolint. Quia Ecclesia intendit super illos eam susceptorum obligationem inducere, ac per consequens vinculum cognationis inde conlurgens: ne baptizati aut confirmati maneat ea cura destituti. 2. Quia affinitas ex copula carnali, abque alia intentione, imo quamvis copula sit proflua violenta, necessario oritur: & similiter cognatio carnalis ex eisdem sanguinis participatione. Ergo idem dicendum est de cognatione spirituali, quæ naturaliter imitatur. Tandem, quia quæ sunt ex Ecclesiæ instituto, non pendunt ex subditorum intentione. Et ideo hæc sent. sustinet Galleg. de cognat. spir. c. 14. n. 7. Lud. Lop. 2. part. 1. instructoris, ubi de matris. cap. 51. col. 6.

At dicendum est, non desiderari ut susceptor intendat cognationem aliquam paternitatis aut compaternitatis contrahere: sed exigi, & satis esse, ut intendat efficere quod patris efficiunt, nimirum, exercere actum illum suscipiendi ab Ecclesia institutum. Probatur, desiderari aliquam intentionem argumentis primæ sententiæ adductis n. 2. quæ hanc partem probant. Deinde, quia baptizans abique animo vero facienti quod per illum intendit Ecclesia, nec vere baptizat, nec cognationem spirituales contrahit. Ergo qui infantem suscipit materialiter tamen, & non animo obediendi munus susceptoris ab Ecclesia statutum; non fit verus susceptor, nec subinde hujus cognationis participes. Probatur autem satis esse intentionem efficiendi quod patris efficiunt. Quod intendens baptizare, velit, nolit, contrahit cognationem. Quia hæc cognatio non a propria voluntate descendit, sed est accessoria actui veri baptismi. Similiter ergo volens vere munus patris obire, seu efficere quod patris efficiunt, contrahet accessorie cognationem. Quia æque ex collatione baptisni, & ex susceptione in eo oritur. Et confirmatur, quia volens principale, consequenter vult accessorium, quod ex eo sequitur, l. si is qui, ff. commodati. Et ideo hujus sent. sunt Monach. summ. Astenf. 2. p. sum. 18. tit. 18. art. un. fin. Joann. de Fruburg. in summ. confessor. l. 4. tit. 7. qu. 22. Supplem. Gabr. 4. dist. 42. qu. 1. art. 2. immediate ante 5. concl. Rosella, v. Impedimentum, imped. 6. num. 22. & ibi Supplem. summ. Pisanæ, imped. 6. n. 12. Tabiena ubi, impedim. 5. ultim. Angel. verb. Matrim. 3. impedim. 7. n. 16. Syle. verb. Matrim. 8. qu. 17. dist. 13. Amilla verb. Matrim. n. 12. Gaeta reper. cap. Ad Limina, 30. qu. 1. §. 4. qu. 147. n. 388. Veracruuz 1. p. speculi, art. 56. concl. 8. Bart. a Ledes. de matris. dub. 46. col. 3. notab. 3. post 1. concl. Lud. Lop. 2. p. instruat. ubi de Baptismo, c. 62. fin. Vega 1. t. summ. cap. 33. cas. 42. & 43. & eisdem sententiæ videtur Palud. 4. dist. 42. qu. 1. art. 1. n. 10. ubi ait contrahere cognationem, intendentem facere quod faciunt alii patris. Et Navar. summ. Hilo. c. 22. n. 38. ubi ait contrahi compaternitatem a tenente in baptismo vel confirmatione, licet teneat animo, ut non efficiatur compaternitas, & Suar. 3. p. qu. 67. art. 8. dub. ult. & Emu. Sa summ. verb. Matrim. ubi de impedimentis dirimentibus, n. 5. v. Sufficit, ubi dicitur non sufficere actionem externam, sed requiri intentionem aliquam faciendi quod alii patris efficiunt, seu exercendi actum illum ab Ecclesia institutum.

Hinc deducitur 1. non contrahi hanc cognationem ab eo, qui materialiter tantum tenet puerum, non tanquam patris, neque id intendens, sed solum gratia majoris commoditatis, ne puer hunc sit: vel ut verum patris, qui forte senex est & debilis, sustentaret: vel ut morem parentibus geret, fingens se velle tanquam patris tenere. Quod constat ex dictis num. præcedenti.

2. Deducitur de his illis quæst. An qui per errorem levat filium Petri, existimans se Pauli filium levare, contrahat hanc cognationem? Et quidem manifestum est eam minime contrahi cum filio Pauli, nec cum ejus parentibus. Quia revera ille non levavit filium Pauli: ac proinde non est inter illos oriatur hæc cognatio. Difficultas autem eo tendit, an contrahatur cum filio Petri, quem revera levavit de sacro fonte, ac cum ejus parentibus? Quia in re quidam id affirmant. Quia sæpe attenditur id quod externe agitur, l. si is qui, ff. commod. ad fin. Et colligitur ex c. 1. 30. qu. 1. & ex cap. 2. de cognat. spir. in quibus supponitur uxorem per ignorantiam levantem filium mariti, contrahere cum marito cognationem. Secundo, quia nemo sanæ mentis negabit baptizantem per errorem filium Petri, quem Pauli credebat, contrahere cognationem cum baptizato, ac ejus parentibus. Ergo idem dicendum est de levante. Et hoc satis probabile. Et ita docent Joann. Andr. reg. Poteff qui per alium, paulo ante solut. ad argum. de reg. jur. Card. cap. Veniens, num. 2. de cogn. spir. Francus cap. 1. in princ. num. 2. de cognat. spir. in 6. Gallego de cogn. spir. cap. 14.

614. nu. 10. Lud. Lop. 2. p. infr. ubi de baptismo, c. 62. In additae nisi pro foro externo professus esset le nolle esse compatrem illius, nisi sit filius Pauli, ut patet esse: & proconfitentia, nisi hanc exceptionem in mente formaret. Ceterum verus existimo eam cognationem non contrahi. Ducor ex c. 2. de cognat. spir. ubi deciditur conjugem, quae perignoratiam levavit filium mariti, non arceri a debiti petitione: ex quo textus Abb. ib. n. 4. & Alex. de Nevo n. 6. colligunt requiri scientiam, & animum ad contrahendam cognationem, quae prolis in hoc eventu desideratur: secundo, quia revera hic non intendebat exercere actionem illam veri patris erga hunc, quem levavit. Ergo deficit intentio, quam n. preced. necessariam esse dixit. Nec est simile de baptizante. Quia ministri sacramentorum tenentur animum habere ministrandi sacramentum praesenti, quicumque ille sit; ac proinde quamvis erretur in persona, cum verus sit Baptizatus, vera cognatio oritur. Ad patris non tenetur habere eam intentionem, & vere eligatur ad personam determinatam: ut contingit in matrimon. quod ratione erroris personae vitatur. Neque obstat l. si is qui, quam pro se allegat contraria sententia. Quia illi fatisset disp. seq. n. fin. Nec alii duo textus. Quippe non supponunt contrahentem esse cognationem spiritualem: quin potius ex illis colligunt Abb. & Alex. de Nevo (ut proxime retuli) animum & scientiam necessaria esse. Et ideo hujus sent. est Abb. c. 2. de cogn. spir. num. 4. ubi dicens desiderari scientiam & animum, subdit inde inferri tenentem filium Petri, cum credere esse alterius filium, non officii patrem spiritualem baptizati, saltem ut hoc posse dubitari: concludit tamen sententiam esse, ut in simili dicit c. Veniens cod. tit. n. 4. ubi docet deficienti consensu non contrahi hanc cognationem, & ideo procuratorem, qui nomine alterius tenet infantem, illum non contrahere. Quare manifeste ibi tenet hanc opinionem. Idem tenet Alex. de Nevo eodem c. 2. n. 6. ubi dicens requiri scientiam & animum, inferri errantem in persona non contrahere cognationem, & quamvis ibi hoc non definiat, sed definit c. Veniens n. 10. eod. tit. ad quod se remittit, dicens levantem filium Martini, cum crederet esse Petri, cum neutro contrahere cognationem. Idem docet Franc. Marc. dec. 736. n. 2. Idem docent saltem ad dirimendum matrimon. post initum, Brunel. de spons. concl. 20. n. 20. Supplem. Gabr. 4. d. 42. q. 1. art. 2. immediate ante 5. concl. Lunel. instit. juris canon. l. 2. tit. de triplici cognat. ubi de spirituali, s. Diximus autem, verb. Ignorantia. Hoc autem temperamentum, nisi ita casus esset, quipiam patris esset nec illis paeri, ut nullo modo eligeretur persona: sed nil referret effente per filium hujus, vel illius. Tunc enim intentio patris manifeste fertur in puerum illum praesentem: ac proinde illius intendit esse patris.

2 Rogabis tandem, an sit credendum juramento patris testantis se non habuisse animum tenendi, instar viri patris, ut vel sic iudicaret eum non contraxisse cognationem? Id enim affirmat Domin. conf. 110. in fin. Nullum affert fundamentum: sed forte illud est quod res hac pendet ex animo, & sit interna. Ad hoc minime est verum, ut late probavi in simili, l. 3. disp. 5. n. 9.

9 Ad arg. n. 2. proposita resp. Ad 1. dic, eas leges habere verum, quando nil voluntarie efficitur. Ad patris hic licet nolit contrahere paternitatem, vult tamen tenere instar patris, cui adionem accessoria paternitas: & ideo tenetur consequenter eam velle. Ad 2. dic, aliud esse de impedimento, quod canon inducit citra consensum illud incurritis, quale est hoc: aliud vero de vinculo quod neci omnino debet ex propria voluntate: quale est votum, & matrimonium. Minor enim voluntas requiritur in priori casu, ut in simili docet Navar. sum. Latin. c. 16. n. 34. vers. Interrogatus autem. Ad 3. constat ex solutione praecedenti. Ad ultimum dic, procuratorem non tenere nomine proprio, & ideo nec principale, nec accessorium velle. Ad argum. n. 3. adducta resp. Ad 1. dic, Ecclesiam tunc velle id onus imponere sufficienti, quando verus susceptor est, nimirum intendens id efficere, quod Ecclesia instituit a veri patris efficiendum: secus quando materialiter tantum suscipit, ut n. 5. explicuimus. Ad 2. dic, affinitatem & consanguinitatem per naturalem sequalem consequi, ac omnino independentem a propria voluntate: & ita oriri ex copula tempore forni aut amicitiae habita (ut in impedimento affinitatis dicimus.) Sic enim Ecclesia instituit id impedimentum affinitatis. Quod locus in cognatione spirituali evenit: si enim quipiam furiosus aut dormiens puerum de Baptismo susciperet, nemo diceret eum cognationem contrahere. Ad ultimum dic, illud esse verum, quando Ecclesia independentem a subditorum voluntate aliquid statuit, ut dixi in affinitate.

DISPUTATIO LIX.

An susceptio requisita in patris ita personalis sit, ut per procuratorem exerceri non possit, nec per ipsum contrahi cognatio: & an saltem ipse procurator alieno nomine tenens eam contrahat.

SUMMARIUM.

Quaestiones disputantur, num. 1. An cognatio spiritualis possit contrahi per procuratorem, & Res.

feritur duplex sententia, numer. 2. & 3. Proponitur sententia Aulhoris, 4. An saltem contrahi per nuncium, 5. An si consuetudo habeat ut hoc minus exerceatur per procuratorem, contrahatur cognatio a constituto procuratore, 6. An possit univocitas, per Syndicum constitutum ad levandum infantem, contrahere hanc cognationem, 7. An si procurator ille revocatus esset, nec de revocatione factus certior levaret infantem, contraheretur cognatio ab ipso constituto, 8. Satisfit argumentis, 9. An dato Dominum non contrahere cognationem, saltem ipse procurator illam contrahat? Refertur duplex sententia, nu. 10. & 11. Declaratur sententia Aulhoris, 12. Solvuntur argumenta, 13.

Duplex involvitur quaestio in hac disputatione. Prior est, de constituto procuratore ad levandum infantem, an contrahat cognationem spiritualem? Posterior de ipsomet procuratore, an saltem ille tanquam verus susceptor illam contrahat?

Quaestio prior. An susceptio infantis requisita in patris sit ita personalis actio, ut nequeat per procuratorem exerceri: ac proinde constitutus illum ut nomine suo suscipiat infantem, non contrahat cognationem? In qua triplex est sententia. Prima sustinet non esse ita actum personalem, quin possit per procuratorem exerceri, & contrahi cognationem spiritualem ab ipso constituto. Ducitur primo, quia potest quis per alium facillime, quod potest per seipsum, regul. Posses quis, de regul. juris, in 6. 2. quia procurator ad omnia negotia constituitur, l. i. ff. de procur. & nullibi invenitur in hoc evento prohibitorium. 3. quia cum matris ipsum quod sacramentum est, ac ubi maxime personale, possit per procuratorem iniiri, c. fin. de procur. in 6. a fortiori poterit cognatio, quae effectus ipsius est. Quarto quia iuramentum est actus personalis, c. Quoties 1. qu. 7. c. Ego enim, de iurjur. & tamen praestatur per procuratorem. c. Tibi Domino, dist. 63. & c. Procurator, de elect. in 6. & c. fin. de iure calum. Ergo quamvis susceptio infantis sit actus personalis ipsius patris, non obstat quo minus possit per procuratorem exerceri. 5. quia est consuetudo scita ac tolerata a Praelatis, ut magnates desinent procuratores, qui nomine suo infantem de sacro fonte levant, ut testatur Baldus iuram allegan. 6. quia actus hic nemini prejudicat, nec est electa persona indistincta in levatione & sacro fonte, sed bene in obligatione infruendi levati: a qua minime eximitur levans per procuratorem. 7. quia iure communi antiquo contrahatur cognatio spiritualis per actionem alterius. Quando enim puerum levabat de sacro fonte, ex illa viri actione transtendebatur cognatio spiritualis in ejus uxorem, c. Martin. de cogn. spir. Potest igitur per procuratorem actionem oriri cognatio in illum constituentem. Tandem quia patris per baptizati susceptionem nil aliud videtur efficere, quam se fideiussorem ipsius pro perseverantia in fide constituere: ac se obligare ad illum erudiendum, c. Por ante omnia, de consec. n. 4. Hae autem obligatio, sicut & quaecumque alia, potest per procuratorem contrahi. Et ideo hanc sent. (quae valde probabilis est) sustinent ex Jurisperitis, Bald. l. unie. s. Ne autem, num. 16. C. de caduc. tollen. l. i. Post mortem, s. Neque adoptare, statim in princ. ff. de adopt. Abbas cap. Veniens, num. 2. de cognat. spir. & ibi Card. n. 2. Alex. de Nevo, n. 7. Praepos. num. 2. quest. 2. Alciat. l. Gallus, s. Forstian, num. 21. & seq. ff. de lib. & posth. Felin. cap. Licet ex quadam numer. 1. col. 3. ver. Et ratio praedicta est, de test. Everar. in suis top. loco a matris carnal. ad fin. Marfilii magister Joas. Andr. (ut ipsemet refert in regula potest quis per alium, de regul. juris) Alexand. Carrerius lib. 2. de sponsal. cap. 8. Gaeta repet. cap. Ad limina 30. quest. 1. §. 4. quest. 184. num. 390. & seq. Et hanc sententiam esse probabilem, & praxi receptam, dicit Angel. Institut. de nuptiis, s. illud, num. 4. & Navar. in posth. edit. suorum consiliorum, in sine totius s. lib. refert congregationem sacri Concilii tenuisse hanc partem. Et ex Theologis, illam sustinent Emmas. Sa sum. verb. Matrim. ubi de impedimentis dirimentibus, nu. 5. Cum quis per procuratorem, Philard. de offic. sacerdot. tom. 1. part. 2. cap. 11. Suppl. Gabr. 4. d. 42. qu. 1. art. 3. dub. 1.

II. Sententia dicit, ante initum matrimonium tenendam esse praecedentem sententiam, ut contrahatur cognatio spiritualis per procuratorem, ut sic impediat contrahi matrimonium personam levantem per procuratorem, & ipsam levantem: at semel inito inter illas mat. tenendam esse non contrahi cognationem matr. illud dirimentem. Hae sententia tribuitur Abb. cap. Veniens, nu. 4. de cogn. spir. sed falso. Quia tantum dicit procuratorem non admittendum ut nomine alterius tenent: at si admittatur, dicit oriri per actionem procuratoris cognationem in ipso constituto: quare expressit tenet primam sententiam relata. Sed hanc tenent Angelus verb. Matrim. 3 impedim. 7. n. 14. Decisio Tholosana 157. & ibi Auferius n. 2.

III. Sent. (cui tamquam probabiliori adhaereo) ait non posse contrahi cognationem hanc spiritualem per actionem procuratoris sed desiderari susceptionem personalem ipsimet patris,

ni. Prob. I. Quia canones inducentes hanc cognationem spiritualem explicantes actum patris per quem contrahitur, utuntur his verbis, Suscipit, accipit, tenet, levat (ut probavi disp. 56. n. 1.) quae omnia propria ipsius patris actionem denotant, 2. quia patris actionem cognatio naturalis ac spiritualis, c. Debitum de Baptism. At in illa actus personae patris potest contrahi adoptando per procuratorem, l. Post mortem, 25. s. Neque adoptare, ff. de adopt. Ad cognatio spiritualis naturalis, & legalis imitatur. 3. Quia c. De hie 30. q. 1. quod est ex Nicol. Papa, explicatur susceptio patris necessaria ad contrahendam cognationem, his verbis: De his qui suscipiunt suos ad confirmationem coram Episcopo tenent, id est, qui filios uxoris suae, dum christiantur, super se suscipiunt. Et c. Ad limina 30. qu. 1. quod est ex Joanne Pontif. Eumque ipse propriis manibus retinendo suscipit. Et c. Omnes, ibid. quod est Symmacho Papa: Nobis suscipiendum. Quae verba actum pure personalem patris expolent, ut verus susceptor sit atque labinde hujus cognationis particeps: 4. Quia cum inducere impedimentum matr. dirimentia sit valde odiosum, & iudicanda minime fuit, ubi non est ius expressum, At iure expressum non extat, posse cognationem spiritualem, subiectionem matris dirimentem contrahi, per procuratorem: imo textus totius contrarium significant. Ergo non est in hoc dubio afferendum contrahi, atque id impedimentum dirimens inducendum. 5. Quia constitutus procuratorem ut nomine suo puerum baptizet, non contrahit cognationem. Ergo nec constitutus ut nomine suo suscipiat. Quia eadem videtur in utroque evenit ratio. Et ideo hujus sententiae sunt, ex Jurisperitis, Frides. conf. 15. Jo. And. regula potest quis per alium 68. de reg. jur. in 6. paulo ante solut. ad argum. & c. 1. nu. 1. in 6. cap. fin. de iure calum. n. 1. Anchar. n. 4. Duviv. ibi in princ. n. 6. Franc. ibi, in princ. n. 5. Anton. c. Veniens n. 2. de cogn. spir. & ibi Anchar. n. 4. & 5. Hgr. n. 3. & 4. Bald. l. si quis, ad fin. C. de nuptiis, Bart. l. Gallus, s. Forstian, in fin. ff. de lib. & posth. & ibi Alex. n. 7. Paulus num. 3. Angel. de Perusio ibi, vers. Ergo, ad fin. Franc. Aret. n. 47. Jason n. 16. Imola n. 57. & c. Accedens, in fin. de preb. Alberic. c. de procur. rubr. n. 3. & l. Post mortem, s. fin. in fin. ff. de adopt. Romanus singular. 53. in alia edit. 54. S. Quero an filius Fulgus d. l. Post mortem, fin. Angel. Aret. Institut. de nuptiis, s. Illud, n. 4. Coira in memorabilibus iuris, memorabilibus incipienti, natura. Quod bannius, Tirag. l. si unquam, v. Suscipere filios, n. 41. C. de revoc. donat. Balthaz. in suo reper. lit. c. Computat. vers. Computat. n. 2. de iure, Brunel. de spons. concl. 20. n. 21. Rosella v. Impedim. impedim. 5. nu. 18. & ibi Supplem. sum. Pflano, impedim. 6. n. 13. Tab. imp. s. n. 15. Sylvest. v. Adoptio, q. 2. fin. & c. Matrim. 8. q. 7. dist. 14. Armilla v. Matrim. num. 12. Navar. l. 4. conf. tit. de cognat. spir. in l. 2. conf. 2. n. 7. in 2. conf. 6. n. 7. Cov. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. n. 6. Ancon. Cucus l. 5. instit. matrimon. l. 14. n. 13. Mandosus de Agnatura gratie, tit. Dispensationis matrimonialis, n. 6. An per procuratorem, Pein. Lopez. l. Non facile, s. Cognationi, ff. de gradibus, Paul. Faustus nota sup. 148. Franc. Marc. dec. 830. n. 8. p. 2. Mocinus de contrah. tit. de matr. s. Pro declaratione, nu. 27. Callego de cogn. spir. c. 13. n. 14. Zanali. in suis qu. praef. qu. 369. fin. Et ex Theologis d. Cantus 3. p. 1. c. 5. §. 3. Jusus 4. d. 11. qu. 1. v. 2. col. 6. vers. Consuetudinem autem, l. 2. p. 4. q. 58. ar. 2. ad fin. Nicolae de Orbellis 4. d. 42. q. 1. §. 4. Toledo lib. 7. sum. cap. n. 6. Enrig. l. 12. de matrim. cap. 11. vult. Peir. de Led. de matrim. q. 56. ar. 2. pag. pen. Lud. Lop. 2. p. infr. ubi de matrim. c. 51. col. 5. & de Bapt. c. 62. ad fin. Bart. a Led. de matrim. dub. 46. col. 4. na. 3. Vral. eandem. Jaerani. l. pari. ubi de matrim. n. 160. Manuel 1. sum. 2. edit. c. 226. num. 8. Vega 1. sum. c. 133. col. 44. Azor lib. 2. instit. moral. cap. 12. paulo post princ.

Quidam quamvis negent posse contrahi hanc cognationem per procuratorem, affirmant posse contrahi tenendo puerum per nuncium ad id specialiter delinatum, quod vere censendum faciendi, qui per nuncium efficit licet per epistolam, l. Dicit, ff. de const. pecun. Hae sententia committit tributur Ang. l. Gallus, s. Forstian, ff. de lib. & posth. Et ideo dicendum est nec per nuncium posse contrahi. Cum enim ad hanc cognationem desideretur actus personalis vere personae cohaerens, eadem prorsus est ratio de procuratoribus, & de nuncio. Et lex in contrarium allegata procedit in actibus, qui solo consensu pericuntur, & ideo non sunt personales. Quare hanc partem sustinent Alex. d. s. Forstian, n. 6. & ibi Imola n. 57. & c. Accedens, in fin. de preb. Francus c. 1. in princ. n. 6. de cognat. spir. in 6. & ibi Domin. n. 6. Brunel. de spons. concl. 20. n. 25. Rosell. v. Impedim. impedim. 9. n. 20. Sylvest. v. Matrim. 8. q. 7. d. 10. Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. n. 6. Ledes. 2. p. 4. q. 58. ar. 2. ad fin. Anton. Cucus l. 5. instit. major. l. 14. n. 13. Callego de cognat. spir. c. 13. n. 19. Sotus num. praeced. relatus, Azor num. praeced. relatus.

Postea tamen consuetudine indiguit ut contrahatur cognatio hae spiritualis tenendus per procuratorem aut nuncium. Quia quod potest licet inducere, potest etiam consuetudo legitime praescribit. Et constat ex dictis disp. 4. n. 11. ubi probavimus posse consuetudinem induci impedimenta matrimonii dirimentia, & quae illis consuetudo exigitur: Et ita ideo docent Navar. l. 4. conf.

tit. de cognat. spir. in l. 2. conf. 2. n. 8. in 2. conf. 6. n. 8. Manuel 1. sum. 2. edit. c. 226. n. 9. Enrig. l. 12. de matrim. c. 11. comment. penult. At bene apud Navar. & Manuel eam consuetudinem non esse. Quare Sotus 1. d. 42. q. 1. ar. 2. ad fin. vers. Consuetudinem autem, & Galega de cogn. spir. c. 13. nu. ult. dicunt admitti aliquando principes ad levantum infantem per procuratorem, ut inter ipsos principes, & baptizatum, episcopus parentis amicitia concilietur, & conciliata conservetur: non autem inde sequitur indachum esse consuetudine, ut cognatio spiritualis per procuratorem contrahatur. Sed etto vera esset opinio prima asserens contrahi posse hanc cognationem per procuratorem: merito in dubium vertunt DD. an universitas possit per syndicum, ad id speciale potestatem habentem, suscipere infantem, ac contrahere cognationem hanc spiritualem? Et non est dubium, de ipsa universitate, ut universitas est, cum enim sit persona fida ac incerta, est illius cognationis expars. Sed dubitatur, an singulari de illa universitate contraherent? Abb. c. Veniens n. 5. de cognat. spir. affirmat singulos contrahere. Quod dispositio concepta in universitate, quando actus universitati competere nequit, res solvitur in singulos illius universitatis, ut res non perierit, c. Sententia, de sentent. excomm. in 6. & Brunel. de sponsal. concl. 20. n. 26. aneps cogitandum relinquit. At alii dicunt, ante initum matrimon. censendum esse eos contrahere: felix post. Ita Angel. v. Matrim. 3. impedim. 7. nu. 14. Auferius doc. Tholosana 157. nu. 2. At verius est nec singulos contrahere, Quoniam aliud est universitas, aliud singulari universitatis, cap. Quia manumittitur 12. qu. 2. & l. In tantum, s. Universitatis, ff. de verbor. dicit. Sic tenent Federicus conf. 15. Franc. Aretius l. Gallus, s. Forstian, num. 28. & ibi Imola num. 57. ff. ad lib. idem Imola, cap. Accedens, in fin. de preb. Anchar. cap. Veniens n. 7. de cognat. spir. & ibi Alex. de Nevo n. 12. idem Anchar. cap. 1. n. 5. de cognat. spir. in 6. & ibi Fidesius in fine princ. Rosella v. Impedimentum, impedim. 6. h. 20. Sylvest. cap. Matrim. 8. q. 7. dist. 16. Nec obstat textus, quem pro se adducit Abbas. Quia respondet bene Alex. de Nevo pro. alleg. cum textum loqui in doliis, ne delictum mapeat impunitum, & sententia caret effectu.

Quamvis etiam verum esset, posse per procuratorem cognationem spiritualem contrahi, si tempore quo infantem procurator susciperet, quamvis non factus de revocatione certior, vere revocatus esset, non contraheret illam constitutens cognationem. Quod licet in matr. contrahendo nil esset procurator, quantumvis revocationis ignarus, si vere revocatus sit, ita in hac cognatione contrahenda. Quia in his actibus requiritur consensus domini veris perceptoris: & non fictus. Ita Baldus cap. audita, num. 3. vers. Quero nunquam, de rescript. spoliat. Felin. cap. Ex parte Decani, m. 10. ampliat. 2. de rescript.

Ad argumenta n. 2. proposita resp. Ad 1. dic, & similia ad 2. illud intelligi in iis negotiis, quae solo consensu pericuntur, locus in iis in quibus actio personalis desideratur. Ad 3. dic matrimonium esse contractum, qui solo consensu pericuntur: atque ita nil mirum si possit per procuratorem iniiri. Ad 4. dic id esse speciale, & a iure statum propter frequentiam, & necessitatem iuramenti ad litium expeditionem: & hoc in aliquibus casibus iure expressis locus in casibus non expressis. Ad 5. constat ex dictis n. 6. Ad 6. dic non posse contrahi hanc cognationem per procuratorem, non inde provenire, quod electa sit persona industria: ac ad hoc alicui prejudicet, sed quia ius canonicum hanc cognationem statuens, per actionem personalem patris, ut illam contrahat. Ad 7. dic, id speciale statum esse in iure canonico, propter unitatem carnis inter conjuges. Ad 8. dic procuratorem id statum iniuriam esse, & darur unitas carnis inter procuratorem, & dominum. Ad 9. dic non esse id per se primo esse patris: sed per se primo esse, constituitur de patris spiritualem, ad quod desideratur realis licet contractus: ut servetur analogia ad patrem carnalem. Unde, sicut ad paternitatem carnalem sequitur obligatio erudiendi filium quoad esse naturale, ita ad paternitatem spiritualem sequitur obligatio ad spiritualem eruditionem.

Quaestio posterior. An saltem ipse procurator, qui nomine alieno suscipit infantem, contrahat hanc cognationem spiritualem? Quidam affirmant. Quia hic procurator vera actio reali, & personali baptizatum suscipit. Secundo, ex l. si in qui 13. s. libero, ff. de commodat. ubi: Plerumque enim accidit ut extra id quod agitur, tacita obligatio nascatur. Ergo licet procurator non intendat nomine proprio tenere, ut sic contrahat hanc cognationem, illam utriusque contrahat. Tertio, quia non est ab omni actu gesto a procuratore nomine alieno, ipsum procuratorem obligati, l. Procurator qui pro possessione 67. ff. de procur. ubi qui tamquam procurator de evictione promittit, tenetur etiam finito officio. Tandem, quia si Episcopus committit eumque, ut nomine ipsius Episcopi baptizet puerum, ipse, nomine alieno baptizans contrahit hanc cognationem. Ergo idem dicendum est, si committat alicui nomine suo tenent, procurator hic nomine alieno tenens contrahat cognationem, & hoc est satis probabile. Et ita sustinent Jo. And. reg. Posses quis per alium 68. paulo post solut. ad arg. reg. juris in 6. Franc. Aretin. l. Gallus, s. Forstian, nu. 47. ff. de lib. & posth. & ibi Imola num. 47. & hoc appellat rutilius idem Imola cap. Accedens, n. 22. de preb. & tenent etiam

Sotus 4. d. 42. q. 1. art. 2. ad fin. *per se* Consecutus autem Gallego de egn. spir. c. 14. n. 3. Toledo 17. Jun. c. 4. n. 5. Per. de Led. de matrim. qu. 56. art. 3. pag. per. Lud. Lop. 2. p. instr. ubi de matrim. c. 51. col. 4. Manuel 1. r. sum. 2. edit. c. 226. n. 9. Viral. condit. sacram. ubi de matrim. 1. p. 160. Adduat Jo. Andr. Et Galleg. ibid. hoc esse verum sicut procurator nullam contrahenda cognationis intractationem habet. Sed Toledo. proxime alleg. tunc tantum intractationem habet. quando procurator animum hujus contrahenda cognationis habet.

11. Alii volunt dicendum de Baptismo fonte, contrahi cognationem a procuratore, ut sic contractus ille matrimonii impediatur: secus post illud semel jam initum: tunc enim sentendum est minime contrahi, ne matrimonium illud dirimatur. Sic Angel. matr. 3. imped. 7. n. 15. Auferius decis. Tholo. 157. in fin.

12. Ceterum multo probabilius existimo, hanc procuratorem minime contrahere cognationem spirituales, quod ad illam contrahendam animus desideretur obediendi muneris patris, (ut probavi disp. preced. n. 4.) At procurator eo animo dicitur, cum non intendit nomine proprio tenere, nec esse vere patris: sed ad illius nomine ipsum constitutus exercet, volens illum constituere patris. 2. Quia exercens ad eum quo inducitur obligatio, non manet obligatus, ut notat gl. fin. elem. Eor. de reg. quod hic contingit. Et ideo hanc partem tenent. Abb. c. Veniens, n. 4. de cogn. spir. Et ibi Anob. in fin. Card. n. 3. Alex. de Nevo, n. 9. Et 10. P. pref. n. 3. q. 3. idem Anob. c. 1. n. 5. de cogn. spir. in 6. Et ibi Domin. in princ. n. 9. Francus ibi, in princ. n. 6. q. 2. Alex. Galvus s. forstian, n. 6. ff. de liber. Et possib. Et ibi Paulus n. 3. S. ylo. v. Matrim. qu. 7. d. 15. Rosella v. Impedim. imped. 6. n. 10. Tab. ibi, imped. 5. mult. Armilla v. Matrim. n. 12. Covar. 4. decret. 12. p. c. 6. S. 4. n. 7. fin. Led. 2. p. 4. qu. 58. art. 2. ad fin. Cajet. reperi. c. ad l. unum 30. q. 1. S. 4. q. 149. n. 395. Ant. Gucul. 5. instr. major. 1. 14. n. 14. Enrig. 112. de matr. c. 11. fin. Enim. Sa Jun. v. Matrim. ubi de impedimentis dirimatibus, num. 5. vers. Cum quis per procuratorem, Lud. Lop. 2. p. instr. ubi de Baptismo, c. 62. ad fin. Et congregatio Cardinalium hanc partem decrevit, teste Navar. in fin. totius h. 5. conf. in 7. edit. Haec lenit. temperat Lud. Lop. proxime alleg. nisi procurator ille intendet nomine proprio tenere, ac esse patris: tunc enim contraheret. At existimo nec in hoc eventu illum contrahere. Quia cum non sit designatus ab his quibus incumbit, ut nomine proprio teneat, ac efficiatur patris, desideratur in eo conditio assignationis: quam necessarium esse probavimus disp. 57. n. 12.

Ad arg. n. 10. proposita resp. Ad 1. dic non sufficere contractum illum naturalem, nisi designatus sit ut suo nomine instanti suscipiat. Ad 2. dic cum Alex. Et Domin. n. precedenti allegatis, in casu illius. Si in qui, S. Libero, cum qui commodavit, voluisse commutare, & commodatarium sibi obligare, licet crederet se commodate servare, qui tamen liber erat: ac proinde non fuit defensus voluntatis ex parte commodantis. At in procuratore deficiat animus tenendi nomine proprio. Ad 3. dic cum Alex. ibid. intelligi eam l. Procurator, quando alieno nomine facienti acquiritur aliquid: ibi enim obligatio directa acquirebatur procuratori: secus ubi nil venit querendum, ut notat Barr. Et omnes d. l. Procurator. Et in nostro casu nil venit querendum procuratori, nec animum habet sibi querendi. Ad ultimum dic esse dirimentem. Quia baptizans etiam ut delegatus, vere baptizat: per collationem autem veri Baptismi contrahit hanc cognationem. At nomine alterius suscipiens exercet nudam Ecclesie caremioniam: quae ut pariat cognationem, exigit ut nomine proprio fiat.

DISPUTATIO LX.

An infidelis vel hereticus sit capax hujus spiritualis cognationis aut Baptismi patris?

SUMMARIUM.

Explicatur titulus questionis, Et proponuntur questiones distinxende, num. 1.

Hereticus baptizans, vel confirmans, vel in his sacramentis suscipiens, vere contrahit cognationem spirituales, 2.

An infidelis baptizans, vel suscipiens in Baptismo, aut confirmatione, contrahat cognationem? Refertur quadruplex sententia, 3. 4. 5. 6.

Proponitur sententia Authoris, 7.

Non contrahit infidelis, sive baptizans, sive sit patris, 8.

Idem dicendum est de catechumeno hac facere, 9.

Nec si hie infidelis baptizatum comiter in pueri susceptione, aut alter suscipiat, altero baptizante, contrahat cognationem infidelis, ac infidelis illam contrahet? 10.

Nec infidelis, baptizatus postea, contrahat cognationem ex actu tempore infidelitatis exercita: Et possit ducere personam a se baptizatum, vel suscipiam, vel ejus matrem, n. 11.

Satisfit argumentis, 12.

An infidelis sit capax cognationis passiva, ita ut fidelis baptizans, vel suscipiens ejus filium, contrahat cognationem cum ipso infidelis? Refertur quedam sententia, 13.

Infidelis est incapax ejus cognationis passiva, 14.

Quamvis postea infidelis baptizetur, non convalescat ad cognationem, 15.

Potesit fidelis baptizans, aut suscipiens filium infidelis, jungi matrimonio cum infidelis redeunt ad fidem, non autem cum persona a se baptizata vel suscipita, 16.

Solvuntur argumenta, 17.

Si infidelis non confirmatus sit patris in Baptismo, contrahit cognationem, 18.

Quid, si sit patris in confirmatione? Refertur quedam sententia, 19.

Veritas est cum non contrahere cognationem, 20.

Religiosi patris Baptismi, vel Confirmationis peccant: at vere contrahunt cognationem spirituales, n. 21. Et ibi, quid de Episcopo non confirmato, confirmante?

Baptizans poterat infidelis esse capax cognationis spiritualis. 1. Active, nimirum, ita ut baptizans, vel suscipiens illum fidelis vere contrahat cognationem cum persona a se baptizata, vel suscipita, ac cum ejus parentibus, 2. passive, nempe, ita ut infidelis baptizet illum infidelis, ipsi vero suscipiat, ipse infidelis non contrahat cognationem cum fideli, bene tamen e contra fidelis cum infideli. Triplex ergo est quaestio disputanda. I. an infidelis sit capax cognationis activae. II. an sit capax cognationis passivae. III. quid de fideli non confirmato.

Quaestio I. An infidelis baptizans, suscipiente in Baptismo, aut Confirmatione, filium fidelis, contrahat cognationem spirituales cum persona baptizata vel suscipita, ac ejus parentibus? Et quidem haereticum baptizantem, vel aliam personam in Baptismo aut confirmatione suscipientem, contrahere hanc cognationem, fatentur omnes fatim allegandi pro omnibus sent. Quia character Baptismi insignis est: ac proinde ex hac parte est capax cognationis spiritualis, ac legitime Ecclesiae subijcitur. Et quamvis peccet patris manente fungens, at nullibi expers efficitur hujus munus obediendi, ac proinde verus patris est.

Circa infidelem autem hae munera obeantem veritatem diffinitas: Quintuplex est sent. I. aut infidelem baptizantem filium fidelis contrahere cognationem cum baptizato, ac ejus parentibus: secus suscipientem. Ducitur 1. quia infidelis valide baptizat, non autem valide susceptoris munus exequitur. Quippe cum non possit esse disceptorem decernitur, cap. In baptizante, de consecr. d. 42. quia puer baptizatus ab infideli recipit vere ab illo esse spirituales. Ergo manet vere filius spiritualis illius, & subinde vera cognatio contrahitur. 3. quia per catechismum vera cognatio spiritualis contrahitur, cap. 2. de cogn. spir. in 6. Ergo nondum baptizatus est capax cognationis spiritualis. 4. quia ex factis infidelitatis tempore, bene oritur impedimentum post conversionem, ut infidelis non valeat post Baptismum ducere eam, quae infidelitatis tempore sibi facta est consanguinea. Et confir. ex cap. 1. de convuls. infid. ex quo constat infidelem occidentem virum Christianum, machinante hac in viri mortem non posse convertum ad fidem cum ipsa valide inire matrimonium. Hujus sent. sum. gl. c. In baptizante, v. suscipere, de consecr. d. 4. Angelus v. Baptizans d. n. 1. Et v. Matrim. 3. imped. 7. n. 10. Sotus 4. d. 4. q. 1. art. 5. col. antepen. Ledes. 1. p. 4. qu. 8. d. 17. Aubun. concl. 4. Enrig. 112. de matr. c. 3. n. 4. vers. Tertio, iustitio comment. lit. T. Et c. 11. n. 2. Unde utrobique inferit conversum ad fidem posse contrahere cum matre fidelis filii, quem de fonte levavit: secus cum matre fidelis filii a se baptizati, vel cum filia baptizata a se.

II. Sent. docet, infidelem baptizantem filium fidelis non contrahere cognationem, secus si teneat in Baptismo vel confirmatione, quod baptizans non exercet eum ad eum nomine proprio, sed vice Spiritus sancti, ac tenens non exercet nomine alterius, sed proprio. Ita Guillelmus, quem reicit ac sequitur Rosella, v. Impedim. imped. 9. n. 26.

III. Sent. sustinet, infidelem suscipientem in Baptismo, vel baptizantem filium infidelis, contrahere cognationem cum infideli, atque ita si ambo convertantur, non posse eos matrimonio jungi. Sic Archid. c. 1. nu. 1. de cognat. spirit. in 6. Et c. 1. n. 3. q. 1.

IV. Septentia docet, omnino non baptizatum minime contrahere, secus si sit catechumenus: tunc enim contrahit cognationem etiam tenendo in Baptismo vel confirmatione. Quia catechumenus est jam baptizatus Baptismo flammis, quali in utero matris sicut nondum editus. Ita Pallad. 4. d. 42. qu. 1. art. 1. concl. 3. n. 8. ad medium, Gaeta repet. c. ad l. unum 30. q. 1. S. 4. qu. 151. n. 398.

V. Sent. tanquam verissima tenenda docet, infidelem incapax esse hujus spiritualis cognationis contrahenda. 1. quia sicut non habens vitam carnalem non potest esse cognatus carnaliter, ita non habens vitam spirituales nequit esse spiritualiter cognatus. Et confir. quia sicut ad carnalem cognationem inter aliquos desideratur procreatio utriusque ab eodem stipite secundum carnalem propagationem, ita ad spirituales exigitur procreatio utriusque ab eodem stipite, nempe Christo, secundum spirituales regenerationem mediante visibili sacramento Baptismi: 2. quia infidelis est incapax iustipatris, quod quasi spiritualis est, c. Quicunque 16. q. 7. nedum cognationis vere spiritualis. 3. quia cum cognatio haec sit ex mere Ecclesie instituto, nequit ab infidelibus contrahi, utpote qui Ecclesiae legibus minime

nime subdantur. Et ideo sic tenent ex Theol. D. Th. 4. d. 42. q. 1. ar. 3. quaestione. 1. ad 3. Durand. ibi q. 1. n. 9. fin. Ricard. art. 1. q. 3. statim in princ. Suppl. Gabr. qu. 1. art. 3. dub. 2. D. Anton. 3. p. 1. c. 15. S. 3. col. 3. Sotus 4. d. 42. q. 1. ar. 3. col. 3. Et ibi Ovand. quon. prop. 6. Petr. de Soto lect. 11. de matrim. 5. Est autem hujus cognationis verax. 1. p. Speculi, art. 56. concl. 6. Palac. 4. d. 7. disp. 3. quadruplici col. ante fin. vers. Ego vero, Angles Florib. 1. p. ubi de matrim. qu. fin. art. 1. concl. 1. Valencia 4. p. disp. 4. q. 2. pun. 3. S. penul. Et disp. 10. q. 5. pun. 3. ubi de impedim. cogn. paulo post. princ. 6. S. Jam tamen per consilium, Emm. Sa summ. v. Matrim. ubi de impedim. dirimen. n. 5. vers. Cum non baptizato, Petr. de Led. de matrim. qu. 56. art. 2. paulo post princ. Et art. 3. col. pen. Et sum. sacram. ubi de Baptismo, c. ult. concl. 6. Lud. Lop. 2. p. instr. ubi de Baptismo, cap. 62. ad fin. ubi de matrim. c. 51. col. 6. Bart. a Led. de matrim. dub. 45. post 1. concl. num. 4. Manuel 1. r. sum. 2. edit. c. 226. n. 10. concl. 4. Viral. cand. sacram. 1. p. ubi de matrim. n. 157. Vega 1. r. sum. c. 33. col. 45. Caned. sum. sacram. ubi de matr. cap. 6. ubi de cogn. spir. nu. 48. Et ex Jurispreritis, Jo. Andr. reg. Ex eo non debet, de reg. jur. paulo ante solut. ad argum. Et cap. 1. statim in princ. de cognat. spir. in 6. Et ibi Anob. n. 1. Domin. ibi, in princ. n. 4. Francus ibi, in princ. n. 4. Alberic. in suo dictio. lit. I. v. Imped. 6. ad fin. Bellam. c. 1. n. 2. 30. q. 1. P. pref. rubr. de cognat. spir. p. 1. n. 1. Alex. de Nevo c. Contrad. n. 12. cod. tit. Henric. c. Veniens, n. 1. cod. tit. Allen. 2. p. sum. 18. r. 18. art. un. q. 6. Brunel. de sponsal. concl. 20. n. 18. S. ylo. v. Matrim. 8. q. 7. d. 12. Turrec. c. 1. n. 3. q. 2. concl. 11. Armil. v. Matrim. n. 11. Navar. sum. Latin. c. 22. n. 36. Et n. 4. vers. Tertium, Et 13. conf. in Ledit. tit. de Baptiz. conf. 3. n. 1. in 2. lib. 4. tit. de cogn. spir. concl. 1. n. 1. Greg. Lopez 16. v. Ejos, tit. 4. p. 1. Alex. Carrer. 12. de despons. c. 8. Matien. 1. 6. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 169. Gallego de egn. spir. c. 8. n. 4.

8. Hinc deducitur, infidelem live baptizet, sive susceptor in Baptismo aut Confirmatione sit, nemine contrahere hanc cognationem. Quia si illius incapax est, (ut non prac. probavi) in neutro eventus poterit illam contrahere. Sic contra 1. sent. relatum n. 3. docent omnes DD. relati num. preced. cum dicant infidelem esse hujus cognationis incapax. Sed specialiter in neutro eventum cum contrahere explicat D. Th. Durand. Ricard. Suppl. Gabr. Jo. Andr. d. 42. reg. Ex eo non debet, paulo ante solut. ad arg. Alber. Alex. de Nevo, P. pref. Turrec. Brunel. D. Anton. Sot. Petr. de Soto, Navar. duplici conf. cit. Verac. Angel. Lud. Lop. utroque loco, Ovand. Gallego, Vega, Viral. Concl. Bart. a Led. Matien. n. preced. Petr. de Ledes. de matrim. qu. 56. art. 1. paulo post princ. Et art. 3. col. penul.

9. Secundo inferitur, catechumenum esse quomque incapax hujus cognationis, quod non procedat eodem stipite, videlicet Christo, per spirituale generationem, mediante visibili sacramento Baptismi: sicut nec sacramentorum est capax. Ita contra 4. sent. num. 6. relatum, docent Sot. Ovand. Angel. Canned. alleg. mun. 7. Petr. de Led. utroque loco relata preced. Lud. Lop. 2. p. instr. ubi de matrim. c. 51. col. 6.

10. Tertio deducitur, si Christianus una cum infideli suscipiat puerum, vel alter suscipiat altero baptizante, non contrahi cognationem cum infideli: utpote qui illius expers est: bene tamen cum Christiano. Quia utile non vitatur per inutile, quando commodum separari possunt, reg. Utile, de reg. jur. in 6. ita docent Jo. Andr. reg. Ex eo non debet, in fin. de reg. jur.

11. Quarto deducitur, infidelem baptizantem, vel suscipientem, non contracturum cognationem ex eo actu tempore infidelitatis gesto, quamvis postea baptizetur. Quia quod a principio nullum fuit, convalescere nequit. Hoc videtur contra Toledo l. 2. sum. c. 23. in fin. ubi haec ait: Cum non baptizatus est susceptor, non contrahitur hac cognatio, licet contrahatur quando baptizatur. Sed nostrum corollarium sustinet Alex. de Nevo, c. Contrad. n. 13. de cogn. spir. Sot. Bart. a Led. n. 7. alleg. Gallego de egn. spir. c. 8. n. 24. Petr. de Led. n. 8. relatus, Lud. Lop. n. 9. cit. Ex quo rursus inferitur, posse infidelem illum postea baptizatum copulari matrimonium cum persona a se baptizata, vel suscipita, & cum ejus matre, quod cum neutra contraxerit cognationem spirituales, tanquam illius incapax, & dicemus de matre idem, in simili casu, n. 16.

12. Ad arg. n. 3. proposita resp. Ad 1. dic non satis esse Baptismum ab infideli collatum esse validum, ut ex eo oriatur cognatio spiritualis, led desiderari personam baptizantem esse capax illum contrahenda, qualis non est infidelis. Ad 2. dic, non satis esse recipere esse ab alio, ut recipiens sit ejus filius. Exigitur enim ut recipiat esse a principio viventi simili in natura. At baptizatus recipit esse spirituales ab infideli, non tanquam a principio simili sibi in natura, reiterationis per Baptismum, quamvis sit ille catechumenus, habeatque fidem, & sit in gratia constitutus. Ad 3. dic eam cognationem esse valide imperfectionem, & secundum quae, ac dispositionem quandam ad cognitionem perfectam, quod ex Baptismo confargit: ac proinde nullum, si sit catechumino, qui ad Baptismum dispositio est, Ecclesiae sic tractetur, contrahatur. At cognationis perfectae spiritualis quicquam non baptizatus est incapax. Ad quartum dic, consanguinitatem esse quod naturale, & ideo eam contrahi ab infidelibus. At eum cognatio spiritualis sit esse solo jure Ec-

clesiastico, cui infideles non substant, non potest ab infidelibus contrahi. Ad confirmationem dic, in eo textu imponi poenam Christianae illi in odium ejusdem, nequam possit illi infidelis converso ad fidem nubere. & subinde nec infidelis conversus poterit eam ducere: quamvis ipsum infidelem non poterit ligare Ecclesia. Sed quia ipsum, polulatae utrumque conjugem habilem eo ipso quod alter subiectus Ecclesiae redditur ab ipsa inhabilis, nequit inter ipsos matrimonium consistere. At cognatio spiritualis, utpote res ex Ecclesiae jure inventa, non potest contrahi ab infidelibus: nec etiam potest in solo fideli, ut n. 4. dicemus.

Quaestio II. An infidelis sit capax cognationis passivae: ita 13. ut si fidelis baptizet, vel teneat in Baptismo filium infidelis, contrahat fidelis ex parte sua cognationem cum parentibus infidelibus illius pueri, quamvis parentes infideles eam non contrahant: sed terminent illam cognationem eamque a fideli contractam? Quidam affirmant fidelem ex parte sua contrahere cognationem cum parentibus infidelibus, quamvis illi non contrahant: & proinde infideles esse capaces cognationis spiritualis passivae: unde inferunt, non posse consistere matrimonium inter parentes illos postea baptizatos cum fideli qui eorum filium baptizatur aut suscipiat. Ducatur, quia quamvis infidelis ex parte sua expers sit cognationis spiritualis: at fidelis capax est illius, ac legi Ecclesiasticae subditur statuenti, ut quicumque baptizans vel susceptor illam contrahat. Ergo ex parte sua contrahet, tanquam vere baptizans, verique susceptor. Et confirmatur, quia stat impedimentum ex parte alterius, qui est fidelis, solum incurrit, ut constat ex c. 1. de convuls. infid. & dixi n. preced. in solut. ad ult. Ita sustinet gl. c. 1. v. Ex lavacro, 30. q. 1. Et ibi Archid. n. 3. idem Archid. c. 1. n. 1. de cogn. spir. in 6. P. pref. rubr. de cogn. spir. qu. 2. n. 2. Et qu. 3. c. 3. Alberic. in suo dictio. lit. I. v. Imped. 6. ad fin. D. Anton. 3. p. 1. c. 15. S. 3. col. 3. Rosella v. Impedim. imped. 6. n. 4. Et ibi Suppl. sum. Pisan. n. 1. imped. 6. n. penult. Angelus v. Matrim. 3. imped. 7. n. 10. S. ylo. v. Matrim. 8. q. 7. d. 12. Greg. Lop. p. 4. tit. 7. in rubr. Nicul. de Orbellis 4. d. 42. q. 1. S. 5. Gaeta repet. c. ad l. unum, 30. q. 1. S. 4. q. 151. n. 398. Verac. 1. p. Speculi, art. 56. concl. 6. Matien. 1. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 169. Henric. 112. de matrim. c. 11. n. 3. fin. Viral. candell. sacram. 1. ubi de matrim. n. 163.

At dicendum est, infidelem esse incapax cognationis spiritualis, sed infidelis esse incapax cognationis spiritualis, ac proinde nec fidelem baptizantem, aut suscipientem filium infidelis, contrahere cognationem aliquam cum parentibus infidelibus. Ratio est aperta. Quia cum cognatio spiritualis sit quaedam relatio, non potest ab altero contrahi, qui ab utroque contrahatur: Quippe relatio duo extrema necessario perit. Cum igitur infidelis incapax sit conjugumque cognationis spiritualis, nequit fidelis cum infideli eam contrahere. Et confir. quia nec matrimonium, nec cognatio carnalis nec legalis potest consistere nisi inter duo extrema habilia. Et ideo hanc partem defendunt Durand. d. 42. q. 1. n. 9. fin. Alex. de Nevo, c. Contrad. n. 13. de cognat. spir. Henric. c. Veniens, n. 1. cod. tit. Bellam. c. 1. n. 230. q. 1. Sotus 4. d. 42. q. 1. art. 3. col. penul. vers. Polytima ex his, Palac. ibi d. 42. q. 1. col. 27. vers. Non me later, fol. 927. Gallego de egnat. spir. c. 8. n. 11. Barr. a Led. de matrim. dub. 46. post 2. concl. not. 1. Petr. de Led. de matrim. qu. 56. art. 3. fin. Manuel 1. p. sum. 2. edit. c. 226. n. 10. Vega 1. r. sum. c. 33. col. ult. fine.

Hinc deducitur, nec cum cognationem spirituales convalescere, ac oriri cum parentibus illis infidelibus, licet postea ibi baptizetur, ut dixi n. 11. in casu simili. Quia quod a principio irritum fuit, convalescere nequit, reg. Non firmatur, de reg. jur. in 6. Et reg. Quod ab initio, ff. de reg. jur. Sic Alex. de Nevo, Barr. a Led. n. preced. relati, Gallego de egn. spir. c. 8. n. 14.

Rursus ex hoc subinertur, posse consistere matrimonium inter infidelem sic baptizantem, vel suscipientem, & parentes illos infideles, si postea baptizentur, quod nulla inter illos cognatio spiritualis suborta sit. Ita Durand. c. Alex. de Nevo, n. 14. relati, Gallego de egn. spir. c. 8. n. 15. An non poterit fidelis ipse matrimonium inire cum persona a se baptizata vel suscipita. Quia cum illa illi obstitit, quod minus vere contraheret cognationem spirituales. Quamvis contrarius dixerim in casu relato, c. 11. Quia in illo casu baptizans vel suscipiens erat infidelis, & ita cognationis incapax: ac in hoc est fidelis.

Ad arg. n. 13. propositum dic, non sufficere fidelem esse incapacem contrahenda cognationis, nisi aliud extremum, cum quo contrahenda est sit capax, ut probavi nu. 14. Ad confirm. dic, ut aliqua persona sit impedita ne contrahat, satis esse dari impedimentum in illa: quamvis in alia ex parte sua non sit, ut homo solutus nullo laboris impedimento ad matrimonium, ac nequit moniale ducere, propter impedimentum ipsius monialis. Cognatio autem cum sit relatio, inveniri nequit, nisi inter duo extrema habilia.

Quaestio ultima. An non confirmatus suscipiens in confirmatione puerum, contrahat cum illo, ejusque parentibus cognationem spirituales? Si enim suscipiat in Baptismo, manifestum est ipsum contrahere, quod nullibi ea susceptio interdicatur non confirmato.

Specialis autem difficultas est si in confirmatione suscipiat 19. Quia in re est duplex lect. I. (& satis probabilis,) affirmat eum contrahere. Quia habet esse spirituales, & est membrum Ecclesiae per Baptismum. 2. Quia licet religionis interdicatur suscipere in

re in Baptismo, vel confirmatione, c. Placuit, communis 16. q. 1. c. Non licet, de cons. d. 4. At si teneant, sunt veri compadres. Tandem, quia Episcopus, non confirmationis sacramentum insignitus, vere contrahit cognationem, si puerum confirmet. Ergo similiter si in confirmatione illum teneat alio Episcopo confirmante. Nulla enim diversitatis ratio apparet. Et ideo haec sententia tenetur Palud. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. conel. 3. n. 8. Rosella v. Impedim. imp. d. 6. in v. Matrim. 8. q. 7. d. 12. Tabien. v. Confirmat. Sacramentum, q. 7. n. 8. c. v. Impedimentum, imp. d. 5. n. 2. q. 1. Sotus 4. q. 42. q. 1. ar. 3. col. 3. vers. Ex quo fit, Nav. l. 3. conf. in priori edit. tit. de Baptismo, consil. 3. in in poster. lib. 4. tit. de cognat. spir. consil. 1. in Gallego de cognat. spir. c. 9. n. 1. foali, Emm. Sa summ. v. Matrim. ubi de impedimentis dirimentibus, nu. 5. vers. Non confirmatum, Manuel l. 6. sum. 2. edit. c. 226. n. 10. conel. 4. Lud. Lop. 2. part. instr. ubi de matrim. c. 51. col. 6. vers. Ex quo fit.

20 Il Sent. (cui tanquam probabilius accedo) ait eum non contrahere cognationem spirituale. Quia quamvis habeat vitam spirituale ratione Baptismi, at non habet conditiones petitas ab Ecclesia, ut verus filioceptor sit, ut constat ex c. In Baptism. de consecr. d. 4. ibi: In baptismo, vel in christmate non potest alium suscipere in filium ipse, qui non est baptizatus vel confirmatus. Quod verum potest, preposita negatione tollit potentiam, & reddit actum nullum (ut probavi l. 6. disp. 38. n. 20.) Quia ratiō ductus Valut. 4. p. disp. 4. q. 2. puncti. 7. §. penult. ait inidelem non modo illicite, sed invalide etiam suscipere. Quia si textus decedit inidelem non posse esse filioceptorem in Baptismo. quod idem decedit textus de fidelis non confirmato, dicens eum non posse esse filioceptorem in confirmatione. Et ratio huius decisiois fuit, quia sicut in naturalibus, ut quisquam generare valeat, exigitur ultra vitam, debitum equidem vite robar: ita ad susceptionem in confirmatione, quae habet rationem regenerationis, in quantum robar ad conservandam vitam spirituale Baptismi confert, oportuit ut patris robar vite per confirmationem obtinuerit, utpote qui representat, tenens puerum, eius imbecillitatem in fide, ac indignitatem ut ab alio fortiori sustentetur. Et ideo huius sententia sunt gl. d. c. In baptismo, v. Susceptor, Angel. v. Confirmationis Sacram. n. 11. v. Matrim. 3. imp. d. 7. n. 10. in Victoria sum. ubi de confirm. n. ult. Palac. 4. d. 7. disp. 3. quadruplici col. ante fin. vers. Ego vero, Suar. 3. p. q. 72 ar. 10. in Enriq. l. 12. de matrim. c. 11. n. 3. c. 1. 3. de Sacram. confirm. c. 3. n. 3. Toledo l. 2. sum. c. 24. n. 11. Bari. a Led. in sum. Sacram. ubi de confirm. dub. 8. Vroald. candelab. Sacram. l. p. ubi de Baptismo, num. 69. Vega l. 1. sum. cap. 64. cas. 11.

21 Religiosi vero quamvis peccent, si in Baptismo aut confirmatione filioceptores fiant, ut probant textus n. 19. in 2. arg. allegati; quia tamen nullum est verbum in eis irritans factum, veri filioceptores erant, & tubinde contrahent spirituale cognationem. Ita docent Ang. v. Baptismus, 8. inir. sylv. v. Baptismus, 5. q. fin. Tabien. v. Baptismus, 4. fin. Led. l. p. 4. q. 8. ar. 7. dub. ur. conel. 2. Gaeta repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 152. n. 399. Petr. de Ledef. sum. Sacram. ubi de Baptismo, cap. fin. conel. 6. Gallego de cogn. spir. c. 9. Vroald. candel. Sacram. l. p. ubi de Baptismo, n. 69. Similiter Episcopus non insignitus Sacramento confirmationis, quamvis suscipiens in confirmatione non contrahat cognationem, ac contrahat confirmans. Quia verum Sacramentum confert, iuxta omnes: at non est verus filioceptor, ut n. preced. probavi. Et ex dictis constat ad argumenta n. 19. proposita.

DISPUTATIO LXI.

Utrum in quacumque aetate possit quisquam legitimus esse patrinus, ac cognationem contrahat?

SUMMARIUM.

- Refertur duplex sententia. circa aetatem in patriso necessarium, num. 1. c. 2. Non exigitur ut patrinus aetate excedat baptizatum, 3. Desideratur, c. sufficiens usus rationis necessarius ad culpam mortalem in patriso, ut legitimus sit c. cognationem contrahat, 4. Si in maiori septennio acceleretur in usus rationis, potest esse patrinus, c. contrahat cognationem, 5. Satisfit argumentis, 6.

IN hac disp. quidam petunt, quod possit quisquam baptizanti patrinus esse, ut illum excedat octodecim annis. Dicitur, quod id in adoptione legali statutum sit, §. Minorum, Insti. de adop. ut vel sic certissimum sit posse ipsius patrem carualem esse. Et confir. quia patriso tantum parentes spirituales ipsius baptizati. Et ita insistent Abbas c. Debitum, n. 3. de Baptismo, Lud. Lop. 2. p. instr. ubi de Baptismo, c. 62. §. At nota.

2 Aliis placet, excessum quatuordecim annis exigi. Quia in ea aetate est quisquam pubes, & potest esse pater. Ita Arch. c. Debitum, n. 7. de Baptism.

3 Verum dicendum est, non desiderari ut patrinus aetate, excedat baptizatum: nec certam aetatem praescribi in patriso, ut id minus obire possit. Probatur ratione optima D. Th. 4. d. 42. q. 2. ar. 1. ad 5. ubi constituit differentiam inter paternitatem le-

galem adoptionis, & spirituale sacramentorum Baptismi, & Confirmationis. Quod haec fit quaedam regeneratio in Christo, in quo non differt masculus a femina, servus a libero, juvenis a senes, & ideo indifferenter potest quilibet effici pater spirituales alterius. Illa autem tendat ad hereditatis successione, & quamdam subiectionem adoptati adoptanti. Deceat autem antiquiore juveni subditi in cura rei familiaris. Et ideo leges petunt adoptantem seniore esse adoptato. 2. quia in nullo textu reperitur aetas praescripta in patrinis. 3. quia similiter baptizans vel confirmans efficitur pater spirituales baptizati, vel confirmati. Et tamen nullus petit illum majorem natu esse. Et ideo huius sententia aperte D. Th. proxime alleg. dum indistincte ait posse quemlibet effici patrem spirituale alterius, nulla majoris aetatis ratione habita. Et in propriis terminis docet Nav. l. 4. consil. tit. de cogn. spir. in l. edit. consil. 3. n. un. in 2. consil. 4. n. un. Enriq. l. 12. de matrim. c. 11. n. 2. in comm. l. 2. Manuel l. 1. sum. in 2. edit. c. 226. n. 1. col. 4. Vega l. 1. tom. sum. c. 33. cap. 39.

Hinc deducitur puerum cupisquamque aetatis, dummodo rationis usum necessarium ad culpam lethalem contrahendam habeat posse esse legitimum filioceptorem in Baptismo vel Confirmatione, ac suscipiente contrahere veram cognationem spirituale: fecus si rationis usum careat. Constat prior pars ex dictis n. preced. ubi certam aetatem iure praescriptam non esse ad munus obeundum probavimus. Deinde, quia tunc reperiri potest legitima intentio faciendi quod alii patriso faciunt, una cum actione tenendi in susceptione illorum sacramentorum. Ergo vera cognatio spirituales oritur. Constat etiam posterior pars. Quia non fruentis rationis usum nequit exercere illam susceptionem cum legitima intentione, sed tantum materialiter, insit buti. Ad intentionem efficiendi quod alii patriso faciunt, desiderari probavi disp. 58. n. 4. & ideo haec sententia tenent Nav. l. 4. consil. tit. de cogn. spir. in priori edit. consil. 1. in fin. in posterior. consil. 2. fin. c. consil. 3. n. un. Gaeta repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 136. n. 371. c. 372. Enriq. l. 12. de matrim. c. 11. n. 2. Manuel c. Vega n. preced. alleg.

Imo si in minori septennio acceleretur usus rationis sufficiens ad mortale peccatum, effectus filioceptor legitimus, ac veram spirituale cognationem contraheret. Ita Enriq. n. preced. alleg. Et constat ex ibi dictis.

Ad arg. & confirm. n. 1. proposita, constat ex ratione D. 6. Th. quam n. 3. retuli. Deinde congruentia illa ac similitudo arguit id decens esse non tamen esse praecipuum, cum iure statutum non reperitur.

DISPUTATIO LXII.

An si Baptismus vel confirmatio irrita sint, aut Baptismus in necessitate privatum ministratur, oriamur cognatio spirituales, tam ex parte ministris, quam ex parte patriso?

SUMMARIUM.

Quando puer domi baptizatur, c. postea in Ecclesia adhibentur solemnitates catechismi, an contrahatur aliqua cognatio in illis solemnitatibus, n. 1. An teneatur parochus in libro scribere patrinum fuisse solius catechismi, puerum iam domi baptizato, Responso, 7. Quae quaestiones disputandae sint, 3.

An ex iteratione solemnium Baptismi validi privatum collati oritur cognatio? Responso quaedam sententia, 4. Nullatenus contrahitur ex ea iteratione, nec quoties Baptismus, c. confirmatio irrita sunt, 5. Quid, si aliquis ratiōe dubii prioris Baptismi rebaptizatur, 6. Quid, si nondum integre natus baptizatur, c. postea rebaptizatur, 7.

Solvuntur argumenta, 8. An baptizatus in necessitate non solemniter, sive laicus, sive femina, contrahat cognationem? Responso quaedam opinio, 9. Explicatur sententia Auctoris, 10. An pater baptizans in necessitate filium concubinae possit illum ducere, 11. Solvuntur argumenta, 12. An teneas in Baptismo non solemniter contrahat cognationem? Responso quaedam sententia, 13. Verius est, teneantem non contrahere, 14. Quid, si in eo Baptismo privato veli susceptor minus patriso obire, 15. Solvuntur argumenta, 16.

IN hac disp. tanquam certum praemittendum est quando Baptismus domi confertur, & postea in Ecclesia adhibentur solemnitates Baptismo minime iterato, non contrahit cognationem spirituale in his catechismi solemnitatibus, quae matrimonium subsequens dirimat; sed solum quod illud contrahendum impedit, cum ibi solus catechismus ministrat. Et ita conveniunt omnes Doctores allegandi. Et late tractavi hoc lib. disp. 10. & ibi num. 12. defendi hoc impedimentum esse prius ablatum per Tridentinum.

An vero parochus in libro, in quo nomina patrinorum scribit, teneatur advertere hunc filioceptorem non fuisse patri-

patrinum nisi solius catechismi? dixi eadem disp. 10. num. 13. Triplex autem quaestio disputanda est. I. An quando Baptismus domi vere collatus iterato solemniter in Ecclesia, ex hac iteratione oritur cognatio? II. An baptizans privatum in extrema necessitate contrahat cognationem. III. An illum contrahat tenens puerum in eo baptismo privato?

Quaestio I. An ex iteratione solemnium Baptismi privatum valide collati, oritur cognatio aliqua spiritualis. Alqui censent ex hac iteratione oriri cognationem spirituale perfectam, dirimentem subsequens mat. Dicuntur, quia licet posterior Baptismus sit irritus, sufficit ad impedimentum dirimens inducendum, adum effici de facto, etsi non de iure, sed irritus sit, ut constat c. An de sponsal. in 6. ubi deciditur ex sponsalibus irritis oriri impedimentum publicae honestatis dirimens matrimonium. Ita tenent Domin. consil. 33. n. 5. c. 6. Philipp. Prob. n. addit. ad Monachum, c. 1. de cogn. spir. in 6. n. 2. c. 3. & teste Mandoso de signat. gratiae, tit. Dispensationes matrimoniales, §. Magna fuit, in Concilio Rotae magna fuit fuborta quaestio circa hanc rem, & aliqui affirmabant hanc partem, inter quos erat Felinus, qui tunc erat Rota auditor.

Ceterum absque nullam profus cognationem oriri sive in reprobato, sive in patriso, quod conclusum est in Concilio Rotae testatur Mandosum praedict. alleg. Quia iura discernunt ex Baptismo oriri cognationem, eo quod fit regeneratio quaedam spiritualis. Ad hic posterior Baptismus, nec est vere Baptismus, nec vera spiritualis regeneratio. Negat succedit reg. iur. Non prestat, de reg. iur. in 6. non prestat impedimentum quod de iure non fortitur effectum. Præterea quia nullus est textus decedens ex baptismo penitus inani oriri hoc impedimentum. Et inducere matr. impedimenta, est valde odiosum. Et ideo hanc partem tenent Rosella v. Impedim. imp. d. 6. n. 13. Ang. v. Matrim. 3. imp. d. 7. fin. Sylvester v. Matrim. 8. qu. 7. disp. 17. Tab. v. Impedim. imp. d. 6. in fin. Arnoll. v. Matrim. n. 13. c. 14. Sat. 4. d. 42. qu. 1. a. 2. col. penult. vers. Atque adeo, Navar. lib. 3. consil. tit. de baptismo, in 1. edit. consil. 1. nu. 1. in 2. consil. 2. num. 3. Ledef. in 2. part. 4. quest. 58. ar. 2. ad fin. Bari. a Ledef. de matr. dub. 46. col. 2. Philiar. de offic. sacerdot. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 11. Enyman. Sa summ. v. Matrim. ubi de impedimentis dirimentibus, nu. 5. vers. Etiam in baptismo, Vroald. candel. Sacram. ubi de matrim. num. 164. Petr. de Ledef. de matr. qu. 56. ar. 2. paulo post princ. Et generaliter quoties Baptismus vel confirmatio sunt irrita, dicendum est, et ex illis nullam oriri cognationem. Quod probant rationes adductae: & docent Ledef. l. p. q. 4. §. 1. ar. 10. notab. 3. Gallego de cognat. spir. c. 10. n. 8.

Hinc deducitur ex baptismo iterato sub conditione, eo quod de prioris baptisimo veritate dubitatur, postquam confiteri profertur fidei validum, non oriri cognationem. Ad dum id non constat, praesertim Ecclesia cognationem. Ita Sotus c. Bari. a Led. n. preced. alleg. Quod intelligi quoad effectum tantum. Nam si sint variae opiniones probabiles, dicam num. seq.

Secundo deducitur, oriri cognationem spirituale, dum quis nondum integre natus baptizatur, quando Baptismus est validus: nec oriri postea ex baptismo sub conditione iterato in Ecclesia propter dubium valoris prioris baptisimi. Sic Navar. lib. 3. consil. tit. de baptismo, in 1. edit. consil. 1. n. 3. in 2. consil. n. 3. Et dicit id esse verum, licet in quacumque corporis parte fiat Baptismus. Quia censet quatenusque partem aqua intingit sufficere ad baptisimū veritatem. Sed bene dixit Alex. de Neuro. pen. in fin. de cogn. spir. hoc pendere ex ea quaest. an Baptismus in quacumque corporis parte collatus sit validus. Unde existimo non ita absolute loquendum, ut loquens est Navar. Sed si in ea parte confertur Baptismus, ubi est iterum, eum esse validum; ut non sit sub conditione iterandus, contrahatur ex eo cognatio, non autem ex iteratione: si autem dubium sit inter viros doctos an in ea parte collatus sit validus, eadem dubitatio insurgit utrum ex baptismo cognatio spirituales confurgat: de si sint duae opiniones probabiles, quarum altera neget prioris baptisimi valoris: altera autem affirmet, poterit tunc conscientia quisquam utram haurire eligere: & tenendo Baptismus non fuisse validum, dicit consequenter probabile esse ex eo non oriri cognationem, sed ex iteratione. Contrarium vero dicit, si cum opinione amplectatur, quae iustinet profertur fuisse validum. Et cum utraque opinio probabilis, poterit utraque illarum tunc conscientia amplecti.

Ad argum. num. 4. propositum, die in eo casu esse textum expressum, nec eum casum cum valde spiritualis sit, posse extendi ad alios. Alter postea iudicari probari ex omni alio irriti sequi impedimenta omnia iure statuta, ac proinde diceremus irregulare esse, qui putans se hominem interire, vere feram necaret.

Quaestio II. An laicus in necessitate baptizans contrahat cognationem spirituale? Quidam asserunt eam contrahi non posse nisi ex baptismo solemniter a sacerdote ministrato. Probant c. ult. de cognat. spir. ibi: Prae eo quod ipsum pater multis ejusdem, qui sacerdos existit, baptizavit. Ubi ponderatur baptizantem fuisse sacerdotem, ut cognatio spirituales contraheretur. 2. quia c. Ad limina 30. q. 1. declaratur parentes, qui proprios filios in necessitate baptizant, non areri a petitione debiti. Quia iniustum sit propter actum praecipui, poenam subiri. Quae ratio esse militat in laico, qui necessitatis tempore baptizat puerum: si enim ob id oritur inter ipsum & pueri parentes

Thom. Sanchez de Matrim. Tom. II.

cognatio spirituales, privaretur propter actum praecipui libertate inveniendi matr. cum illis: ac proinde poenam incurreret. Negari enim non potest, ut privari hac libertate esse quoddam poenam ac gravaminis genus, & ideo hanc partem sustinent quidam, quos tacito nomine referit Palud. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. conel. 4. n. 9. c. Monal. cit. Raynero in la. sum. ubi de matr. ubi de cogn. spir. l. 2. de paternitate, in laico in articulo necessitatis baptizanti puerum, esse sanum consilium, ut matrem ejus minime ducat: aut poellam a se tunc baptizantem, at si duxerit, consulendum esse Pontif. ut decernat an id matr. valide initium sit. Quia forte aliud est de baptismo in necessitate collato, & aliud de bapt. solemn.

At dicendum profus est, baptizantem etiam laicum in extremo necessitatis articulo contrahere cognationem perfectam spirituale subsequens matrim. dirimentem cum baptizato ejusque parentibus. Quia omnia jura clamant ex vero baptismo oriri cognationem spirituale, & solum exprimit c. Ad limina 30. q. 1. quando conjugis filium alteri conux in necessitate baptizat, & hoc quoad vult matrim. jam contracti, ne, scilicet, per illum actum praedictorum debiti petitioni. Quae ratio non aequo procedit in matrim. contrahendo. Quia privati compungere jure debiti exigendi, est in poenam delicti admitti baptizandum filium conjugis alterius (ut probavi lib. 10. disp. 30. n. 1. & 2.) At iniquum est poenam incurri propter observantiam praecipui. Contrahi autem cognationem, quae subsequens matrim. dirimat, ac reddat incestuosum concubitum cum persona baptizata, vel ejus parentibus, nullatenus habet rationem poenae vel gravaminis, sed pertinet ad quoddam amicitiae genus & conjunctionis, quem statuit Ecclesia inter has personas: ob quam venit matr. inter illas, Et confir. quia parochus teneatur Baptisum solemniter ministrare, & tamen nullus negavit eum, contrahere hanc cognationem. Tandem, quia quando impedimentum aliquid non statuitur ab Ecclesia in delicti poenam, sed ob alias rationes, incurritur propter actum praecipui. Ubi iudex obligatus ad suspendendum delinquentem, irregularis efficitur illum suspendendo. Et ideo hanc partem tenent ex Jurisprictis, Hoff. sum. tit. de cogn. spir. §. Etiam aliquis, n. 8. Abbas c. fin. n. ult. de cogn. spir. c. ubi Henric. in fin. Propos. c. pen. nu. 3. eod. tit. Archid. c. Omnes, n. 2. 30. q. 1. c. ubi Bellamera num. 2. Albor. in suo diction. lit. l. v. Imped. imp. d. 6. Jo. de Frivur. in sum. confess. l. 4. t. 7. q. 14. c. 15. Allen. jun. 2. p. l. 8. t. 18. auu. q. 7. Brunel. de sponsal. conel. 20. n. 10. Rosel. v. Impedim. imp. d. 6. nu. 12. c. ubi Supplens sum. Pijama, imp. d. 6. n. 9. Angel. v. Matrim. 3. imp. d. 7. n. 16. Sylv. v. Matrim. 8. q. 7. Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. n. 4. Ant. Cucus lib. 5. Inst. innot. t. 14. nu. 7. Greg. Lop. lib. 1. v. Clerigo, t. 7. p. 4. Matien. l. 5. recap. t. 1. rubr. gl. 1. num. 170. Gaeta repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. qu. 144. nu. 383. Navar. sum. Lat. c. 16. n. 34. fin. c. 22. n. 40. fin. c. 1. c. 5. in 1. edit. tit. de sponsal. consil. 53. n. 2. in 2. tit. de cogn. spir. consil. 5. n. 2. Gallego de cogn. spir. c. 11. n. 5. Et ex Theologis, Palud. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. conel. 1. n. 6. c. conel. 4. n. 9. Suppl. Gabr. ibi q. 1. a. 2. conel. 4. c. 3. dub. 3. D. Anton. 3. p. l. 1. c. 15. §. 3. Sotus 4. q. 1. ar. 1. un. a. 5. ad fin. c. d. 42. q. 1. a. 1. col. pen. v. Profectio rationes, Bar. a Led. de matr. dub. 44. ad fin. Palacios 4. d. 42. disp. uel. col. 34. v. Dubitas forsan, f. 931. Enriq. lib. 21. de matr. c. 11. num. 1. Bunn. Sa summ. v. Matrim. ubi de imped. dirimentibus, num. 5. vers. Etiam in Baptism. Philiar. de offic. sacerdot. l. 1. p. 2. l. 2. c. 11. v. Lud. Lop. instr. c. 85. col. 2. vers. Ceterum, c. 2. p. ubi de matrim. cap. 51. col. 3. Petr. de Led. de matr. q. 56. n. 1. ad 2. Manuel l. 10. sum. 2. edit. c. 226. n. 2. conel. 2. c. n. 11. conel. 5. Vega l. 1. sum. c. 33. col. ult. Vroald. candel. Sacram. l. p. ubi de Baptismo, n. 42. & ubi de matrim. num. 155. c. 158. Llamas in metodo curat. 3. p. c. 8. §. 19. fia. Quare idem dicendum est de limina baptizante in extrema necessitate. Contrahi enim cognationem spirituale: ut probant rationes adductae. Et ita docent Abbas, Brunel. Gaeta eisdem locis.

Hinc deducitur patrem, qui in necessitate filium suae concubinae baptizat, non posse eam ducere. Quoniam obstat cognatio spirituales, quam ex eo Baptismo in necessitate collato oriri, ad dirimendum subsequens matr. Probavimus nu. praec. Et ita docent Navar. triplici loco, Palac. Philiar. Lud. Lop. duplici loco, Petr. de Ledef. Vega, Llamas alleg. n. prec. Manuel l. 1. sum. 2. edit. c. 226. nu. 11. conel. 5. Vroald. candel. Sacram. l. p. ubi de Baptismo nu. 42. & ubi de matr. nu. 155.

Ad arg. n. 9. proposita resp. Ad 1. die narrari in eo textu factum, nec vim efficit ad contrahendam cognationem spirituales in sacerdotio ministris baptizantis. Ad 2. constat ex dictis nu. 10. ubi probavimus non habere rationem gravaminis & poenae: ac discrimen inter utrumque casum constituitur.

Quaestio ultima. An teneas puerum in baptismo non solemniter ministrato contrahat cognationem spirituale? Quibusdam placet (quorum opinione censo probabiliorem) sic tenentem eam contrahere. Quod si verus filioceptor sit, nec jura statuentia filioceptorem in Baptismo contrahere, distinguunt inter Baptisum privatum & solemnem, quia tunc baptizans contrahit. Cum tamen jura eodem pacto & tenore loquantur de baptizante & de filioceptore, ut constat ex cap. 1. de cognat. spir. in 6. c. ex Trident. sess. 24. de matrim. cap. 2. Ita tenent Angelus v. Matrimonium 3. imp. d. 7. nu. 21. Vroald. candel. Sacram. 1. part. ubi de matrim. num. 154. Lud. Lop. 2. part. instr. ubi de matrim. cap. 51. col. 3. §. 5. Ex quo cavillario sequitur, quamvis paulo inferius relato Sotus

L. in op.

in oppositum trepidat. Et videtur tenere Bart. a Ledes. de matr. dub. 44. ad fin. quamvis enim in sua opinione de solo baptizante in extrema necessitate loquatur, ac eam rationem assignat, quod canones indistincte loquantur de baptizante & de susceper, ac proinde clare sentit idem de utroque. Eundem sent. videtur Noy. Pbilic. Enim. 3a cit. nu. 10. qui absolute docent, in baptismo privatum collato contrahi cognitionem.

14. At probabilis est, eam non contrahi a susceper. Quia eum adhibere susceperem sit cæremonia ab Ecclesia instituta pro Baptismo solemnium, ubi hic non est, non dicitur proprie & vere susceper, qui tenet; imo valde contingens est, ut puer tunc ab aliquo teneatur; in ulnis enim matris, aut in incunabulis positus solet baptizari: quod si ab aliquo teneatur est per accidens maioris commoditatis gratia. Quare (ut bene ait Suar. statim alleg.) nil peccatur omisso vulgino in eo Baptismo. 2. Constat ex communi modo loquendi, patrisque opinione: a quibus argum. petium efficac est (ut late probat Eversard. in suis topicis, loco ab opinione vulgi n. 1.) nam tenent infanitem in prædicto casu, nec compadres nec patrini appellantur, nec tales solent existimari: sed illi soli qui in Baptismo solemnium id munus obeunt. Et ideo in hanc sent. inclinat Sor. 4. d. 42. q. 1. a. 1. col. penult. vers. Profectio rationes. Et eam tenent Gallego de cogn. spir. c. 11. n. 5. Suar. 3. p. q. 67. n. 8. dub. ult. Mannel. 1. r. sum. 2. edit. p. 226. n. 2. concl. 2. Vega 1. r. sum. c. 33. c. 3. ult. ad fin.

15. Addit Suar. n. præced. alleg. quamvis in Baptismo privato cæremonia susceperis necessaria non sit, at si vere & proprie adhibeatur, & tenens velit minus susceperis obire, esse probabile eum contrahere. Quia ille est tunc vere susceper. Sed ego verius existimo, etiam tunc minime contrahere, quod non sit in potestate tenentis tunc, hanc cognitionem contrahere, nisi petita ab Ecclesia serventur: at minus susceperis non obitur proprie, nisi quando Baptismus sit solemnium (ut docent Sauc. Galleg. Manuel, Vega, & ipsemet Suar. n. præced. alleg.) nec obstat baptizantem in ea necessitate contrahere. Quia baptizans confert verum sacramentum: at qui sic tenet, vel suscipit, non dicitur proprie tenentem vel susceper, eo modo, quo ab Ecclesia statutum est. Susceperio enim est cæremonia ab Ecclesia instituta ad Baptismus solemnium: ac proinde solemnitate deficienti, deficit quoque vera susceperio ratio.

16. Ad 1. argum. num. 13. propositum constat ex dictis, nu. 14. Ad 2. constat ex dictis num. præced.

DE IMPEDIMENTO cognationis legalis.

DISPUTATIO LXIII.

Quid & quotuplex sit adoptio: & quando cognatio legalis ex illa conflgens obstat matrimonio, illudque dirimat?

SUMMARIUM.

- Enodatur definitio adoptionis, nu. 1.
- Quotuplex sit adoptio, & quid distet inter personam & imperfectam, 2.
- Quis possit adoptare? num. 3. & ibi quis possit adoptari, 3.
- Quo modo solvatur adoptio, 4.
- Explicatur definitio cognationis legalis, 5.
- Quotuplex sit cognatio legalis, 6.
- Quos sint questiones disputandæ, 7.
- An ex adoptione imperfecta oriatur cognatio legalis, que matrimonium dirimat? Refertur quedam sent. 8.
- Non oritur impedimentum dirimens, 9.
- Nogæ impediens, 10.
- Satisfit argumentis, 11.
- Post num. 11. invenies alia summaria.

Disputationi de impedimento cognationis legalis breviter præmittere oportet, quid & quotuplex sit adoptio, & quis adoptare possit. Est enim cognatio legalis effectus adoptionis, ex eaque oritur, sicut affinitas ex copula. Desinitur ergo adoptio communiter a Jurispractis sit. Est actus legitimus, per quem fit filius aut nepos, qui non est pene naturam imitans. Sed a D. Thom. 4. d. 42. q. 2. a. 1. & communiter a Theologis sic definitur: Est extranea persona in filium vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio: Utraque autem definitio in idem concipitur. Dicitur extranea persona, id est, ejus quæ non est in adoptantis potestate, sive sit consanguinea, sive non. Dicitur, filium vel nepotem, vel deinceps; sub quibus comprehenduntur femina, ut filia nepotis. Quia non potest quisquam adoptari in fratrem vel parentem. I. Nec apud. C. de hered. inst. Dicitur legitima, id est, secundum legum formam. Cum enim ab ipsa instituta sit, ut valeat & effectum cognationis producat, debet in ea servari forma legibus prescripta, (ut num. 18. dicemus.) Dicitur assumptio, id est, electio, cum enim tanta homini propensio instat fit ad suam successorem in posterum propagandam, sicut jure introductum, ut naturalibus liberis orbati possint suæ successioni consulere, adoptantes alios in liberos. Ars enim naturam imitatur, ac illius defectum supplet. Unde adoptio est quedam legalis seu artificialis generatio.

Est autem duplex adoptio. Quædam est perfecta, per quam adoptatus transit in adoptantis potestatem, & illi succedit: & hæc dicitur arrogatio. Altera est imperfecta, per quam adoptatus non transit in adoptantis potestatem: & hæc dicitur simplex adoptio. Hæc distinctio ab omnibus traditur: & habetur s. Adoptio, Inst. de adop. l. 7. t. 7. p. 4. Differunt autem quinquies. I. Quia per simplicem adoptionem adoptatus non transit in adoptantis potestatem, nec est ejus hæres necessarius ex testamento, bene tamen ab intestato. At per arrogationem transit in potestatem arrogantis, insit filii naturalis: & est ejus hæres necessarius ab intestato: ex testamento autem in quarta honorum parte, Inst. de adop. s. Sed hodie. 2. Differunt, quia adoptari potest, qui non est sui juris, ut filius sub potestate constitutus: ac arrogari nequit: nisi qui sui juris est, nempe emancipatus & liber homo. Quia cum per arrogationem tradatur quisquam in arrogantis potestatem, oportet eum esse sui juris, ut tradere se valeat, l. 2. s. ult. ff. de adop. 3. Differunt, quia adoptio fit cujuslibet judicis competentis auctoritate, dum tamen apud eum plena sit actio, id est, merum & mixtum imperium. Arrogatio vero fit sola principis auctoritate, l. 1. c. de adop. l. Inst. eod. tit. in princ. l. reg. 7. t. 7. p. 4. Quarto, quia arrogator tenetur satisfacere de restituendis bonis arrogati filii personis, ad quas essent perventura, si arrogatus in suo statu mansisset, l. Nec eis. fin. ff. de adop. Ultimo, quia in adoptione non requiritur verbum utriusque expressum: in arrogatione exigitur verbum utriusque. Desiderat enim, ut Rex interroget arrogatum: Vis habere hunc in filium, nepotem, vel pronepotem? Et arrogans respondet: Volo, rursus, ut interroget arrogatum: Vis habere hunc in patrem, avum, vel proavum? & ipse respondet: Volo; & deinde Princeps exprimat sibi placere. Unde infans adoptari potest, non vero arrogari. Habetur hæc distinctio l. In adop. 2. ff. de adop. l. reg. 7. t. 7. p. 4.

Multe conditiones desiderantur, ut alicui integrum sit alium adoptare. I. ut adoptans sit sui juris, & major 25. annis. Ratio est, quia non sit sui juris, & major 25. annis, bona sua administrare nequit. II. est ut vir. Nam femina adoptare nequeunt, nisi ex privilegio Principis. Cum nec filios carnales habeant in potestate. III. ut possit generare, vel si non possit, id non sit ex defectu naturali, sed ex casu accidentario. Quare frigidi adoptare non possunt, eo quod sunt naturaliter impotentes, l. 2. ff. de adop. Et ratio est, quia adoptio instituta est ad supplendum liberorum defectum: & ideo illis solis conceditur, qui naturaliter generare possunt. At gladio castri adoptare possunt. Quia sunt impotentes ex accidenti. IV. ut ita excedat ætate adoptatum, ut possit esse ejus pater naturalis imo 18. annis debet eum excedere. Arrogare vero nequit, qui 40. annos non nactus est. Hæc omnia habentur Inst. de adop. Et tradit late Sylv. v. Adoptio q. 5. Hinc fit, Sacerdotem posse adoptare, quia naturaliter non est impotens ad generationem. Sic Host. c. un. n. 4. de cognat. legal. & ibi Abbas n. 4. Rosella v. Impedim. imp. 7. n. 2. Sylv. v. Adoptio q. 5. & ibi Armilla n. 9. Tab. v. Imped. imp. 6. q. 1. nu. 2. s. u. Potest autem adoptari quilibet, vitæ masculus sive femina, dummodo sit presens. Quippe absens nec adoptari, nec adoptari potest, etiam per procuratorem, l. Næque, & l. Post mortem, s. Næque, ff. de adop. late Angel. v. Adoptio, n. 4. Sylv. ibi q. 2. c. 6. c. omnes.

Sex autem modis solvitur adoptio: nempe naturali morte adoptantis: morte ejus civilis: ob nuptias incestuosas: ob dignitatem ut Episcopalem: per sententiam, per emancipationem, quod latius tradunt Palud. 4. d. 42. q. 1. art. 2. Armilla v. Adoptio num. 10.

His præmissis de adoptione, cognatio legalis sic communiter definitur: Est propinquitas ex adoptione proveniens. Dicitur propinquitas, ut offenditur convenientia, quam habet cum convenientia carnali. Dicitur ex adoptione proveniens, ut ejus causa significetur, ac differentia a cognatione carnali.

Est vero triplex cognationis legalis species. I. est linea recta inter adoptantem & adoptatum, ac adoptati descendentes. Hæc habetur Inst. de nupt. s. Ergo non omnes, l. Quin etiam, ff. de ritu nupt. l. 1. reg. 7. t. 7. p. 4. Secunda est lateralis, seu in linea transversa inter adoptantem, & filios carnales adoptantis, habetur Inst. de nupt. s. Inter ea, & l. Per adoptionem, 17. ff. de ritu nupt. s. Ad l. 1. reg. 7. t. 7. p. 4. Tertia est per modum ejusdem legalis affinitatis, ad similitudinem affinitatis naturalis, quæ est inter adoptantem & uxorem adoptati. Et e contra inter adoptatum & uxorem adoptantis. Habetur l. Adoptio, 14. ff. de ritu nupt. l. 1. reg. 8. t. 7. p. 4. Et traditur hæc distinctio a D. Th. 4. d. 42. q. 2. a. 3. corp. quem omnes sequuntur.

Triplex igitur in hæc dist. est agitata questio. I. An ex 7 adoptione imperfecta oriatur hæc cognatio legalis obstant matrimonium. II. an omnes tres cognationis legalis species impediunt aut dirimant matr. III. an triplex illa legalis cognationis species perpetuo obstat matr. contrahendo: & ad quas personas, & usque ad quorum gradum extendatur.

Questio I. An ex adoptione imperfecta oriatur hæc cognatio 8 legalis, matr. impediens ac dirimens, an potius ex sola perfecta, quæ arrogatio dicitur? Duplex est sententia. Prior, & satis probabilis affirmat; etiam ex adoptione imperfecta oriri cognationem legalem sublequentem matr. dirimentem. Ducit,

tur, quia omnes textus, quos num. 6. retuli, in quibus hæc cognatio legalis statuitur, de adoptione indistincte loquuntur. 2. Quia licet sic imperfecte adoptatus non transeat in adoptantis potestatem: acquiruntur tamen ei quedam jura ex adoptione, quæ per emancipationem dissolvuntur, l. penult. s. de adot. Et ideo hæc sententia, sustinet ex Jurispractis, gloss. cap. un. ad fin. de cognat. legal. & ibi Hostiens. fin. Abbas nu. 5. Ansb. num. 8. Damaluz, Laurentius, Tancred. Philip. Vincentius, quos referi, & sequitur Alex. de Nevo, eodem cap. unico, num. 11. Præpof. ibi num. 7. Henric. ad fin. Speculat. tit. de cognat. legal. s. un. num. 1. Goffredus summ. eod. tit. ad fin. Alberic. in suo dictione. lit. I. v. Impedim. 7. Affen. 2. par. summ. lib. 8. t. 19. art. 2. quest. 8. Jo. de Fribergio summ. confess. lib. 4. tit. 8. quest. 10. Monal. summ. traç. de matrim. ubi de impedimentis cognationis legalis, Angelus v. Matrim. impedim. 8. num. 4. Rosella v. Impedim. imp. 7. num. 4. & ibi Tabiena impedim. 6. quest. 1. Lex. 7. t. 7. p. 4. & ibi Greg. Lop. v. Que Prophan. Contr. 4. decret. 2. p. c. 6. s. 5. n. 2. Anton. Cucus lib. 5. inst. maior. tit. 14. n. 28. Gasta repet. c. Ad finem, 30. q. 2. s. 4. q. 155. num. 404. Ulpian. de sacram. ubi de matrim. cap. 19. n. 3. Et ex Theologis, Scotus a. d. 42. q. paulo post in fine, & ibi Ricard. a. 2. q. 2. ad 2. Palud. q. 1. art. 2. concl. 7. num. 25. Bassoli q. un. a. 4. Nicol. de Orbellis q. 2. D. Anton. 3. p. r. 1. e. 13. Nicol. de Niffa super 4. sent. traç. 6. par. 3. de matr. q. 8. notab. 5. Petr. de Soto lect. 2. de matr. s. De cognat. legalis, Angles Floribus 1. par. ubi de matrim. q. fin. a. 2. concl. 2. Toledo lib. 7. summ. c. 4. n. 4. Lud. Lop. 2. par. inst. ubi de matrim. cap. 51. ad fin.

Posterior sent. (cui tanquam probabiliori adhaere) asserit cognationem hanc legalem, quæ matr. dirimit, est sola adoptio perfecta, quæ arrogatio est, ortum habere, Ducor, quia (ut dicemus num. 16.) cognatio hæc introducta est a jure positivo, ad impediendam fornicationem, quæ facile esse potest inter personas in eadem domo commorantes. Sed per adoptionem imperfectam non traditur adoptatus in domum nec in adoptantis potestatem. Ergo ea non obstat matr. 2. quia cum matr. fit res valde favorabilis, jura illud prohibentia potius debent restringi, vel saltem coarctari ad propriam, & perfectam verborum significationem: ac simplex adoptio cum sit imperfecta, non dicitur absolute talis, imo juxta D. Th. 4. d. 4. a. 1. ad 1. est profusa dicenda dispositio quedam contra adoptionem, 3. Quia opposita sent. quamvis communissima inhibet levissimis fundamentis: ut ex eorum solutione constat num. 11. Et hæc sent. post terentur ait gloss. 30. q. 1. in sum. ad fin. Et illam tenent Innoc. c. un. n. un. de cognat. legalis, 4. ytoz. v. Matrim. 8. quest. 8. dist. 4. Sotus 4. d. 42. quest. 2. art. 2. ad fin. corp. licet lib. aliqui dubio, dicit enim foras sic esse Ledes. 2. p. 4. q. 59. art. 3. fin. Enriq. lib. 12. de matrim. cap. 12. nu. 5. Petr. de Ledesim. de matrim. q. 57. a. 2. concl. 2. Epistemon sent. videtur Viquez in inst. c. 16. 6. 7. vers. 9. impedim. 9. ubi tractans, quando contrahatur cognatio legalis, ait eam contrahi inter patrem perfectam adoptionem adoptantem, & filium adoptatum. Nec longe sunt ab hæc sent. Anton. cap. un. num. 5. de cognat. legalis, & Supplim. summ. Pifana, v. Impedim. imp. 7. nu. 3. nam utraque sent. relatamur deinde: & addit Supplim. non tene sent. præcedentiam.

Asserunt tamen aliqui ex hisse DD. oriri ex adoptione imperfecta impedimentum impediens, non tamen dirimens sequentem matr. contractum. Quia adoptio illa imperfecta est vitæ, & dispositio ad perfectam, sicut Catechismus ad Baptismum. Sicut ergo per Baptismum Catechismus contrahitur quedam cognatio spiritualis imperfecta, quæ solum impedit matrimonium, & per Catechismum, de cognat. spir. in 6. ita per adoptionem imperfectam contrahitur cognatio legalis imperfecta, quæ solum impedit subsequens matrimonium. Ita docent, Enriq. & Petr. de Ledes. ibid. At hoc displicet: & ideo existimo nullum subesse impedimentum: sed posse licite contrahi matrimonium ubi sola est imperfecta adoptio, ut docent Innoc. & Sylv. nu. præced. Quia in Catechismo est expressus textus id decidens, non autem in adoptione imperfecta, nec potest ex rationis similitudine induci impedimentum matrimonium. Alias dicendum esset, ex solo exorcismo oriri, eo quod sit ad Baptismum dispositio.

Ad argum. num. 8. proposita resp. Ad 1. dic, quamvis textus non distinguit, ac rationes nu. 9. adducit cogunt ea distinctione uti. Ad 2. dic, ea jura, quæ per adoptionem imperfectam acquiruntur, non esse causam adoptionis matr. & ita nil conferre.

SUMMARIUM.

- Prima cognationis legalis species in linea recta dirimit matrimonium, num. 12.
- Quid de affinitate legalis, 13.
- Quid de cognatione legali in linea transversa? Refertur quedam sententia, 14.
- Propositur sententia Auctoris, 15.
- Traduntur rationes prohibitionis matrimonii ob cognationem legalem, 16.
- Explicatur qualiter hoc impedimentum vim habeat, cum legibus inducitur, 17.
- An sit necesse servari formam legalem in adoptione, ut cognatio oriatur, 18.
- Thom. Sanchez de Matrim. Tom. II.

An cognatio legalis superveniens matrimonium impediatur ab initio peti, 19.

An superveniens sponsalibus ea dirimat, 20.

Hoc impedimentum est solo jure humano inducendum, 21.

Infales cum eo contrahentes an post Baptismum sint separandi, 22.

Solvuntur argumenta, 23.

Post num. 23. invenies summaria, quæ desiderantur.

Questio II. An omnes tres legalis cognationis species impediant ac dirimat matrimonium. Et quidem de 1. specie ascendenti in linea recta nullus dubitat, quin subsequens matr. dirimat, nempe inter arrogatam, & personas arrogatas, ob textus quos num. 6. allegavi. Et in hoc conveniunt omnes Doctores.

De 3. specie, nimirum de affinitate legali, non nihil est dubitationis. Quidam enim, quos tacito nomine referi Hoff. cap. un. n. 3. de cognat. legalis, asserunt, eam non obstat matrimonium, contrahendo. Quod jus canon. a quo solo possunt matr. impedimenta promanare, ejus cognationis non meminerit. Sed jure optimo hæc sent. reprobat Hoff. ibi, Jo. An. eodem cap. un. n. 5. Anton. n. 6. Ansb. num. 5. Alex. de Nevo nu. 9. Et ceteri omnes DD. quotquot potui videre, tanquam rem exploratam statuunt, eam cognationem dirimere. Et ad fundamentum contrarium dicam, num. 17.

Potissima vero difficultas est de tertia specie cognationis legalis, nimirum, in linea transversa, an ea dirimat matr. Quidam enim negant eam dirimere, sed folum impedire concedunt, quod frustra esse separatio inter eos fratres, naturalem, scilicet, filium patris adoptantis, & filium adoptivum. Cum statim possint matrimonium copulari, solata adoptione per emancipationem, vel alio modo, (ut dicemus nu. 24.) secundo, quia c. Ita diligere 30. q. 2. quod est ex Nicol. Pontif. dicitur leges civiles non permittere inter hujusmodi cognatos matr. quasi aliud fit secundum canones. Arguuntur a c. Nonne, de præsumpt. Ita docet Speculat. tit. de cogn. legalis, s. un. n. 2. Et videtur eadem sent. ibi Jo. An. in addit. Idem tenent Præpof. c. un. in fin. de cogn. legalis, Gaetarepe. c. Ad imina 30. q. 1. s. 4. q. 155. num. 405.

Ad dicendum est per hujusmodi cognationem dirimi sublequentem matr. Quia c. un. de cogn. legalis dicitur nuptias consistere non posse inter filium legitimum, & forem adoptivam: at verbum, non posse consistere, sonat esse dissolvendas, vel non posse permanere. Adde, verbum, Potest, proposita negatione tollere potentiam, & reddere actum nullum (ut probavi lib. 5. disp. 38. num. 20.) Et ideo hucusque sunt ex Jurispractis, gl. 30. q. 3. in sum. v. Quod autem, & cap. un. de cogn. legalis, in fin. Innoc. ibi, nu. un. Anton. n. 6. Abbas n. 6. Ansb. nu. 7. Card. num. 2. vers. Quæro an hoc impedimentum, Alex. de Nevo nu. 12. Henric. n. 6. Goff. summ. tit. de cogn. leg. in fin. Hoff. summ. eod. tit. n. 12. Alberic. in suo dictione. lit. I. v. Impedim. 7. Jo. de Fribergio in sum. confess. l. 4. t. 8. q. 1. Monal. summ. traç. de matrim. ubi de cognat. legalis, Affen. 2. par. summ. l. 8. t. 19. a. 2. q. 11. Rosella v. Impedim. imp. 7. nu. 7. & ibi Suppl. summ. Pifana imp. 7. nu. 4. Tab. ibi, imp. 6. n. 1. Angel. Matrim. 3. imp. 8. n. 2. Sylv. v. Matrim. 8. q. 8. dist. 1. & ibi Armilla v. Matrim. n. 16. Lex. 8. t. 7. par. 4. & ibi Greg. Lop. v. Mas de sacre, Navarr. summ. c. 22. n. 44. Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. s. 5. n. 2. & 3. Anton. Cucus lib. 5. inst. maior. t. 14. nu. 28. Alex. Carrer. lib. 2. de sponsal. cap. 10. fin. Laucel. inst. juris can. lib. 21. De triplici cogn. ubi de legalis, s. Legalis cognat. vers. Donec, Zarval. in suis qq. prædictis, tota quæ 728. & quæ 250. fin. Et ex Theologis, Durand. 4. d. 42. q. 2. nu. 7. & ibi Palud. quæ un. art. 2. concl. 6. in fin. num. 24. & concl. 7. nu. 29. Bassi q. un. art. 4. Nicol. de Orbellis ibi, q. 2. Sot. ibi q. 2. art. 2. col. 3. vers. Unica hic, Suppl. Gabr. quæ 1. art. 1. concl. 6. Caser. summ. v. Matrim. cap. 1. imp. 4. Petr. de Soto lect. 11. de matrim. s. de cogn. leg. Ledes. 2. p. 4. quæ 59. art. 3. ad fin. Viquez l. inst. c. 16. s. 7. vers. 9. imp. 9. Vraer. 1. p. Specul. art. 6. concl. 3. fin. Angl. Florib. 1. par. ubi de matrim. q. fin. art. 2. concl. 2. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 13. Valenz. 4. p. disp. 10. q. 5. par. 3. ubi de imped. cognat. col. 2. Toledo lib. 7. sum. c. 4. n. 7. & 8. Enriq. lib. 12. de matrim. c. 12. num. 3. ad fin. Emm. Sa sum. v. Matrim. ubi de imped. dirimentibus, n. 6. vers. Cognatio legalis, Petr. de Ledes. de matrim. quæ 57. art. 2. dub. 1. Barb. a Ledes. de matr. dub. 47. concl. 3. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 227. n. 2. Philar. de offic. Sacerd. t. 1. p. 2. l. 2. c. 11. fil. Lud. Lop. 2. par. ubi de matr. cap. 51. ad fin. Vega 1. tom. sum. c. 10. col. 1. Vivald. candela. sacram. 1. p. ubi de matrim. num. 175. 178. Cannedo sum. sacram. ubi de matr. cap. 6. ubi de cognat. legalis, nu. 50.

Convenientissime autem statutum est, ut cognatio legalis dirimat sublequentes matr. Quia ex ea oritur quedam conjunctio similis naturali: ex qua oritur quedam reverentia debita inter filios cognatos, & amicitia. Ut ergo ea reverentia servetur, & dilataetur amplius amicitia matrimonium, cum extraneis initi, cautum est, ut inter filios cognatos nequeat matrimonium consistere. Adde cum D. Th. 4. d. 42. q. 2. ar. 2. col. 1. id quoque effectum esse, quia sic cognati debent habitare in eadem domo: oriatur autem maximum fornicandi periculum, matrimonium non interdicere inter eos. Quæ sunt rationes ob quas disp. 53. num. 3. diximus irritari jure Ecclesiastico matr. inter consanguinitate conjunctos.

Sed merito dubitatis, qualiter hoc impedimentum vim 17